
EX LIBRIS
UNIVERSIDADE DE COIMBRA
FACULDADE DE LETRAS
E. T. N.

João Mendes da Costa

790

Universidade de Coimbra
Faculdade de Letras
1317086289



OLIVERIVS VALERIVS MAXIMVS THEOPHILVS

VALERII Maximi priſcorum exemplorũ libri nouem: diligenti caſtigatione emendati: aptiſſimiſq; figuris exculti: cũ laudatis Oliuerii ac Theophili cõmentariis: Hermolai Barbari: Georgii Merulæ: Mar. Antonii Sabellici: Iani Parrhaſii: Raphaelis Rhegii: multorũq; præterea nouis obſeruationibus: Indiceq; mirifico per ordinẽ litteraꝝ: ad inueniendas hiſtorias nuper excogitato: Alteroq; in uſum grãmaticorũ ad uocabula rerumq; cognitionem.

Cum Gratia & Priuilegio.

CT C/9/6

UNIVERSIDADE DE COIMBRA FACULDADE DE LETRAS

= Nº 8.401 =

Sala 31
Est. 42
Tab. 20
Nº 2





Alerium Maximum publice priuatumq; domi prælegit hoc anno Ianus. ex eo q̃ tetra rerum uerborumq; portenta collatis exemplaribus: ingeniiq; sollertia sustulerit: q̃ uaria passim loca cimmeriis (ut aiũt) obducta tenebris: utriusq; linguæ excussis auctoribus illustrarit: ipse testis es optimus. qui tanto litterarum desiderio flagras ut nullo nõ die pendeas ab eius ore. Libuit hæc efflagitata toties impressoribus edenda tradere in comunem studiosæ iuuentutis utilitatem: tibiq; nuncupare quem Ianus ex omnibus suis auditoribus plurimi (nec iniuria) facit. optatq; & augurat (ut ab eo sæpius accepi) quandoq; euasurum ad summum uirtutis & honorum fastigium: fretus indole quæ in te cælestis elucet: clarissimo maiorum tuorum digna splẽdore: & Augustino patre qui iuris humani diuiniq; consultissimus: inter regios Senatores eminentissimum locum tenet: auctoritate gratiaq; nemini secundus. quas ei non ambitus & prensatio: sed integritas & æqui tenax obseruantia cõciliat: ingenuarumq; artium non in se modo studium: sed in aliis etiam patrocinium. Quis enim uel eloquentia: uel iuris interprætatione: uel philosophia: uel aliqua eruditionis opinione censetur: quem non amplectatur & enixissime foueat: Inde cõsecutus est: ut eum uenerentur & obseruent inferiores: æquales colant: principes ornent. An mentiri me sinent: potẽtissimus gallorum Rex: Insubriumq; Dux Ludouicus: a quo sponte lectus in sanctissimum senatum: Iuliusq; secundus Ponti. Maxi. cui ita carus est: ut illi in tanta rerum mole dignitas & amplitudo tua curæ sit. Extant eius ad te diplomata: cum summa uoluntatis in te declaratione. Non te fugit (ut uideo) quantum oneris diuino suo iudicio tibi iniunxerit. Ideoq; diu noctuq; das operam: ne quid ex optimis disciplinis: in quibus ab ineunte ætate uersatus pater excellit: in te desideretur. Equidem maxime uellem: eam mihi facultatem dari: quæ posset hanc inexplebilem tuam discendi sitim propriis lucubrationibus & si non extinguere saltem sedare. Sed quoniam nondum per ætatem licet: habebis interea Parrhasii tui non minus accurate emendata: q̃ luculenter exposita quædam Valerii loca. quæ tuo nomine publicauimus. Additis in Corollarium: si qua cæteri quoq; nostri temporis grammatici professores eius generis emiserunt. q̃ suis quæq; nominibus & auctoritati reddidimus. ne quen̄q̃ sua laude fraudemus: idẽq; nobis eueniat: quod nuper impressori cuidam Minutiano qui quom bonam partem Liuianarum castigationum quas triennio iam Parrhasius (ut scis) ex bello Macedonico frequenti promulgauit auditorio: pro suis edidisset: non minorem Cachinnum in se excitauit: quã uel Aesopi uel Horatii cornicula furtiuis nudata coloribus. Hæc nostra quamq̃ non dubito studiosis omnibus grata fore: tamen ut secus accidat: operæprecium me tulisse existimabo: si tu fraterq; tuus hilaris & ameni puer ingenii Nicolaus: quibus labor hic noster desudat æqui boniq; consuletis. Id si feceritis (ut spero) forsan ad maiora mihi adiicietis aculeos: Vale.

¶ Petrus Brutus Episcopus Catharensis: Oliuerio Suo Oratori Carissimo, S.P.D.

LEctis litteris tuis doctissime Oliueri mecum cœpi animo uoluptate Comici nostri sententiam: bone deus homo homini quid præstat. Cunq; ingenii mei uires ipse metiri diligentissime cœpissem: iure mihi atque merito de fortuna conqueri uisum est: quãdo multos annos ipse omni studio non sine magna lucubratione & labore assiduo litterarum ocio medicauerim: & illud mihi præ singulari ingenio tuo: & incredibili doctrina fateri liceat: me nihil scire. Quod & si mihi graue est atq; molestum: non cado tamen animis: lectitans in Valerium Maximum Cõmentaria illa tua quod litterarum bene olentibus floribus ætate iam ingraueſcente ipse non exornari queam, quandoquidẽ & Cato ille Censorinus senior iam effectus litteras græcas discere non erubuerit. In ipsis nãq; Commentariis a maioribus nostris præclarissime gesta: tam græcis q̃ latinis cum quadam dicendi elegantia & uenustate ita aperte atque dilucide complexus es: ut pro adipiscendis litteris: pro instituendis moribus: pro uita bene agenda unicum & rectum uestigium inde facile sibi excipere quisq; possit. Quamobrem omnes si te optimis institutis tuis: si ingenio: si doctrina atque uirtute alterum Omnibonum doctorem tuum prædicant & admirantur, non eos quidem fallit opinio: quando his temporibus nihil dignius: nihilue conducibilius studiosissimis litterarum afferre potuisses, nam quæ uel longius uel ob nimiam breuitatem obscurius alii conscripserunt: tua hæc profecto egregia enarratio clarius in pauca accuratissime redigit: & unico ferme argumento singula mirifice complectitur, neq; quod ad ueritatem historiæ atque cognitionem attinet: prætermisisti quicquam: prætulisti sane uim quandam hominis naturæ ad se uirtutibus omnibus ornandum: ut quem tecum in omni litterarum genere conferre possim habeam neminem. Quid enim præclarius aut maximarum rerum: aut uirtutis: aut sapientiæ actum: quod a te uiro doctissimo discussum non sit & illustratum? quantusq; in ipsis splendor sit uirtutis atque gloriæ: quantusq; admirabilis fructus rerum omnium ostenditur legentibus accurate: neq; de moribus solum & uita hominum: quod quidem eximium est. Sed de uirtutum natura & rebus humano sensui pœne occultis cum omni differendi ratione & dignitate monumenta in ipsis tradita cognoscuntur, & ad fœlicitatem comparandam: & ad beatitudinem consequendam nihil magis accidere potuit: hæc tua profecto inter alia quæ legerim omnia facundia quadam & dignitate præcipua longe eminent & excellunt: quæ si quis præclare simul & recte domiq; & foris tam in rebus secundis quam aduersis sibiipsi cõsulere cupiat assidua lectione pertractet. Arbitreturq; in primis diuinum hoc opus scribi non ad fidem historiæ faciundam solum: sed ad contemplandam effigiem omnis uirtutis & humanarum diuinarumq; rerum exemplum stabile atque firmum: quam gratum igitur & iocundum id muneris litteratissimis omnibus futurum sit: uel ex hoc maxime cognosci potest: quod te oratum uoluerint totiens: ut hæc æditio a te fieret ad bene beateq; uiuendum mortalibus aliquid deesse uideretur. Quapropter mi Oliueri doctissime: hic tuus labor: hæc tua industria haud minus ꝓfecto: sed plus multo q̃ eorum qui ante nos fuerunt uiri peritissimi ciuitatem nostram Vicentinam extulit & decorauit: tametsi nihil fuit aut ad humanum usum: aut ad diuinum cultum: aut ad immortalem gloriam obtinendam: quod Vicentini nostri uiri clarissimi non discusserint: non illustrauerint. Fuit enim (si recte memini) Rhemnius ille Palemon Vicentinus: qui artis grammaticæ miro quodammodo & artificio præcepta quædam memoratu digna tradidit. Quibus nec Diomedes eruditius: nec Priscianus illustrius tradere potuerunt. Fuit Antonius Iuscus qui eximio quodam ordine & arte præcipua in quasdam Ciceronis orationes elegantissime scripsit: fuit & Gaietanus Thienæus: qui cum omni academia & dialecticæ atq; philosophiæ mirum in modum potuit decertare: fuit Ioannes Portus utriusq; iuris in Patauino Gymnasio clarissimus interpres. Omittam Matheum bissarium eloquentissimum oratorem, Guilhelmum paiellum in persuadẽdo alterum Ciceronem: Missumq; faciam Omnibonum in dicendo & græce atq; latine singularem & admirabilem uirum: Franciscum Malchiauellum iurisco̅sultum. Qui rebus publicis atque priuatis ingenio suo ac legibus mirifice consulebat: & oppressis solus defensor sine spe ulla præmii opem ferebat: quod & ipse apud me totiens in agendis causis expertus in libello meo de uirtutis amplectenda hominem patrem patriæ iure atque merito appellaui, fuit Alexander neuius iuris pontifici unicum decus, fuit Leonardus nogarolus summus Theologus uenerandus pater ille. Qui illustrandæ ueritatis causa: sanctorum patrum scriptis & rationibus quamplurimis benedictæ uirginis conceptionem adeo illustrauit: ut in posterum ab aliquo impugnatum iri uideam minime: nisi ab imperito & male sano: ob quam rem celeberrimum: ut ita dixerim officium ab eo confectum: & a Sixto pontifice maximo perlectum: fuit summopere approbatum: fuerunt & alii nostræ urbis magno & excellenti ingenio atque doctrina uiri: quos quidem ne diuagetur oratio silentio prætermittam. Si de te tantum mi Oliueri dixerim quod de uiro probissimo dici potest: qui non minus eruditione quam facultate ingenii pollens tantum hac nostra ætate cæteris præstas: ut te non inferiori decore atque gloria insignitum ueluti firmissimum omnium uirtutum fundamentum ratione & uiquadam naturæ omnes te inquam obseruent & quasi uenerentur: quod autem altera æditio minus erudita: uel potius arida: & inculta ab impressoribus nuper facta Omniboni titulo ascribatur: non est cur quisquam admiretur: cum & deteriora agere non pudeat Auri sacra fame: ut ille ait: temerarios impressores: & doles ita factũ: parce quæso huic dolori: quando, quidem Omnibonus suopte ingenio: singulari eloquentia: & admirabili doctrina sese tueatur atque defendat: non latent (mihi crede) litteratissimos omnes in omni dicendi genere orationes græcæ atq; latine huiusmodi præclarissimi uiri: & illud in primis in Ciceronem de oratore scriptum im-

Rhẽnius Palæmon

mortali laude dignum:& qua ingenii magnitudine:qua ui orationis:qua elegantia & maiestate fuerit elucubratum:fugit profecto neminem. Ex quo illius nomen in omni ætate celebrabitur perpetuum & immortale:& immortali gloria extollet:hæc est uera hominum laus:hæc illustres uiros in cælum tollit:hæc breuitatem uitæ nominis immortalitate compensat. Quod autem enarrationes tuas tuo Bruto episcopo Catharensi dicare censueris:ago tibi gratias & habeo:& tanti muneris non immemor:spero me tibi quandoq; relaturum. Opus quidem mihi peculiare est & gratum & periocūdum:suauissimumq; erit atq; dulcissimum ocium mihi. Stude igitur mi Oliueri & enitere:si me diligis:si me gratū existimas:ut diligentissime atq; rectissime imprimantur:ne impressorum incuria & imperitia:quod frequentius fieri solet:uerborum stilum atq; orationis seriem:nec non & dignitatem operis peruertant atq; contaminent. De brutorūq; uero familia:quæ ut ais totum est celebrata per orbem:& antiqua originis uetustate referta:quo ingenio:qua prudentia:qua animi fortitudine romanum imperiū libertate donauerit:pace conseruauerit:latini codices satis admonent:atq; explicant. De ipsa nāq; nihil in mediū affe-
ram quando qui genus suum iactat:ut inquit tragicus ille:alienum laudet. Tu ipse præterea Veneræ ciuitati multum tribuis:facis tu ut soles ac debes urbem de omni genere uirtutis benemeritam fūmis efferre laudibus: quasane ob singulares uirtutes & res omnes sapiētissime a se gestas opibus auctoritate gloria atq; dignitate īdies magis illustratur & fulget:omittam admirabilem & pœne incredibilem urbis situm: ædificiorumq; alta atq; præstantissima ornamenta. Quales enim uiros semper habuerit hæc ciuitas:qua iusticia:qua fide:qua constātia:quo consilio:qua sapientia perornati extiterint:institutis suis atq; moribus:legibus:decretis atq; imperio facile digno sci potest:quæ unquā respu. (pace dixerim aliarum) præstantius atq; sapientius gubernata extit: nec non pacis solum:sed etiam belli opportunis artibus:nec maritimis tantum:sed etiam terrestribus mirum in modum ualet: quos sumptus:quos labores:quæ rerum discrimina pro religione seruanda:pro fide augenda subierit hæc sanctissima ciuitas:nullus est qui non satis superq; itelligat. Omnia iam meo iudicio christianæ fidei subiecta ab immanissimis barbaris:a seuissimis turcis christianæ fidei hostibus capta spoliata direpta & exhausta forēt:nisi Venetorūq; constantia & animi magnitudo defendisset & conseruasset:quæ res maximæ admirationi ut esse debet ita profecto est q; totam Italiam & christianos omnes consilio suo facultate & opibus foueat:iuuet:& tueat:atq; conseruet hoc sane ut dixerim non fecit patriæ amor:q; in ea natus & educatus fuerim: sed res ipsa pro uarietate tuenda me impulit & inflammauit:tametsi quæ gesta fuerūt a Venetis maiora sunt & clariora q̄ ut mea dictione egere uideantur sed mittam hæc:& id exequar quod officium suadet obsecrans omnes:qui litterarūq; studio delectantur:qui disciplinis qui uirtutibus & uitæ bene institutæ fauent hoc opus sanctissimum amplectantur:huic omni studio incumbant. Hoc legant & perlegant sæpius:& in gymnasio suo atq; bibliotheca siue quocūq; se contulerint de manibus nunq̄ ponant:ut cum præstantissimis ingeniis atq; uiris illustribus se adæquauerint: glorientur quandoq; immortalitate nominis sui. Tu igitur mi Oliueri da operam & incūbe ut id operis quāprimū imprimatur:ut admirandæ doctrinæ tuæ atq; uirtutis testimonium omnes ualeant perhibere. Tu uale & me ut soles ama clarissimum sydus Vicentini agri: Vicentiæ. XI. Kalendas Ianuarii. Venetorum laus

¶ AD Reuerendissimum in Christo patrem & dominum dominum Petrum de Brutis benignitate Diuina Episcopum Catharensem Oliuerius Arzignanensis.

QVanquā mihi negatum erat ocium Reuerendissime Pater:ut inter graues & continentes erudiendæ iuuentutis aliarūq; rerum multarūq; occupationes:nihil a me promi:nihil edi posse uideretur: quod elaboratū ingenio:lucubratū industria in litterario senatu digne recitari probariq; posset: negare tamen ipse non potui:nec fas esse duxi Iacobo Leoniceno clarissimi uiri Omniboni filio: & mihi spirituali quadā necessitudine coniūcto præsertim a me iusta petenti & præclara cupienti:ut Valerii Maximi monumenta:quæ uolumine breui comprehensa multis interdū obscuriora uideri solent:quacūq; possem oratione explicare:in mediūq; proferrem ad hūanitatis & disciplinæ propagationem ad cōmunē studiosorūq; hominū utilitatem. Cui qdem hoc a me sæpius afflagitanti multū ac diu reluctatum fuisse non negauerim quoniā suscipere tanti auctoris interpretationē q̄ non modo facultate consequi: sed etiā cogitatione complecti difficile foret:quippe ubi omnia ferme omniū rerū exempla:ex multis & pœne innumerabilibus tam græcorū q̄ latinorūq; uoluminibus essent non minus diligenter inquirenda: q̄ fideliter referenda:non meum esse censebam:q̄ uererer reprehensionem docturum hominum atq; prudentum: sed eorum q̄ maiori ocio:acriori ingenio:exquisitiori doctrina:præstantiori facūdia de se talia profiteri & consequi possunt. Sed cū huiuscemodi rei nuper facta esset ab impressoribus æditio quædam temeraria satis ut arbitror:& ea falso quidem Omniboni oratoris eximii titulo abumbrata:ut eius auctoritate uenalior fieret ac præciosior:id mihi necesse quodāmodo duxi:quod Iacobū Leonicenum magnopere uelle intelligerem: nec aliter boni uiri gratiq; discipuli officiū tueri posse uidebam nisi præceptorem optimū de me:de patria:de litteris:de lingua nostra:de romana dignitate optime meritū q̄bus possem studio:& industria uindicassem:& a turpissima qua uidebat inustus nota tersissem:nam cum boni si qd in nobis est id totum ab uberrimo tanti præceptoris fonte manarit: hæc quoq; commentaria nostra siqd ualent ad eum referant necesse est. Et cum eo malignitatis & impudentiæ quorūdam impressorūq; accesserit auaritia:ut dum suæ utilitati consulant:alienæ dignitati insidiari non dubitent quippe qui pallacini cuiusdam imperiti hominis nugas a doctissimo uiro Calphurnio nō solum damnatas: sed

ita reiectas:cum eius limatissimæ correctioni traderent ut diceret se malle noua componere q̄ iam mēdosa corri
gere has inq̄ nugas tāto uiro ascribere ausi fuerūt. Satius esse duxi periclitari qd possent exiguæ ingenii mei uires
quā rei magnitudine deterritum ab officio omnino desistere. Nā si minus quantum uelis afferas: boni: at quantū
possis attulisse laude nō careat: neq; n. ubi sunt sua præmia debent studia nostra langueſcere: qd̄ non eo peruenia/
mus quo uolūtas ferat: sed multomagis intēti ut officiosi hoies aliquo potius numero uideamur fuisse q̄ nullo.
Itaq; feci eoq; propensius: quo rem istam non solum honestam & utilem: sed prope necessariam esse iudicarem:
ne præclara adolescentum ingenia obscuris aliorum ambagibus: uel ut uerius dicam: deliramentis in maximos
deducerentur errores: turpissimamq; rerum ignorantiam: falsas & fictas historias lectitando. Quantū uero uti/
litatis afferat Valeriana diligentia sui studiosis: uel ex eo cognosci potest: q; nullum ferme hominū genus inue/
niri possit: cui non aliqua ex parte consuluisse uideatur: cum ille per omnia ferme omnium scriptoꝝ monumen
ta: tanq̄ per redolentia prata discurrens: multiplici flore uestita: pulcherrimarum rerum ueluti florū speciosissi/
mam sibi coronam confecerit: dignissima quæq; legendo: nam uirtutis & uicii nullum genus reliquit intactū:
unde habeant homines: & imitari quod cupiant & fugere quod oporteat: hoc enī opere suo: ut præceptoris mei
uerbis utar: complexus est diuinarum humanarumq; rerum præcipua quæq; ut ab egregiis illa quidem uiris
edita deligi potuere. Hinc scilicet habetur quo iure homines egregiam laudem: qua ue iniuria dedecus omne
incurrerint. Habent sacris religionibus dedicati quo pietatis honore colent fasq; bonumq;: q̄ deinde turpitudi/
nis nota metuant sceluſq; nefasq;. Habent rerum publicarum reges & principes: quibus eas institutis maiorum
meliores efficere possint: quibus & artibus seditiones in populum serere pernitiosi homines consueuerint: ut ea/
rum artium turpitudinem abominentur. Habent adolescentes: quæ nam egregiæ indolis præclara facinora imi
tentur: quæ rursus indignitatis & ignauiæ conuicia declinent. Hinc fortitudinis & patientiæ fructus uberior:
Hinc constantiæ gloria maior exoritur. Hinc rebus omnibus modum imponere discimus: ut amicitiis geren/
dis ac inimicitiis: ne aut in his remissiores: aut illis uehemētiores q̄ oporteat simus: hinc abstinere a flagitiis: con
tinere libidines: tolerare pauperiem: turpia uereri: pietatem colere: seueritatem obseruare docemur: Hinc nobis
coniugalis amor carior efficitur: amicitia iocundior liberalitas clarior: humanitas præstantior: clæmentia nobi/
lior: huius præceptis instruuntur: qui gratitudinis laudem sibi comparare student: qui obnixius ingratitudinis
nomen effugere contendunt. Huius peritia maiorem in modum iusticia colitur: fides obseruatur: pudicitia reti/
netur. Huius admonitione maxime iuuantur: qui sapientius consulere. Astutius prouidere: industriosius agere
uoluerunt. Hinc quoq; ociosa senectus inuenire potest quo se studio oblectet atq; negocio: hinc luxuries atq; li/
bido q̄ detestabiles sint facile percipitur. Hic crudelitas: Ira: Odium: Auaritia: Superbia: Impotentia: Perfidia: quā
contrariæ sint naturæ hominum planius ostenditur. Postremo quoniam Valerianæ diligentiæ non possumus
omnia narrata percurrere: ex his satis constare arbitror q̄ perutilis sit liber iste: ubi uirtutū omnis generis ima/
gines collocatæ sint: illæ quidem multo expressiores & imitari potius quā intueri iocundæ: quas non ære aut
marmore phidias: aut Apelles siue Lysippus: sed tantum libris suis scriptor diligentissimus reliquerit incorru/
ptis litterarum monumentis perpetuo duraturas: quas impudentissima quadam temeritate nescio quis attin/
gere ausus dum spectandas hominibus illustriores se reddere posse putat: maxime deformes & obscurissimas
reddidit: quare nos multorum & clarissimorum hominum: tam græcorum q̄ latinorum hortatu compulsi: &
eorum ope atq; opera adiuti. Illas in suum pristinum decorem reuocare ac restituere quæ curauimus: & fœli/
citer satis nos assecutos esse speramus. Hoc igitur opus nostrum qualecūq; est tuæ reuerendissimæ dominatio/
ni dedicatum ad te mittimus: ut illud dum licet per occupationes totum percurras: & si tanta dedicatione tibi
dignum uidebitur tuo nomini iubeas inscribi: ut tua auctoritate munitum audatius prodeat in publicum: nā
iudicio tuo comprobatum satis scio malignitatis aculeos non ualde posse exhorescere. Quis enim nisi male sa
nus iudicium imbrobaret æquissimi uiri doctrina & litteris excellentis: ingenio & sapientia præditi: iusticia &
integritate referti: fide & innocentia probati: religione & sanctimonia pleni: qui probitatis defensor: malignita
tis oppugnator: perpetuam sibi pro nobis contra improbos propugnationem suscipere consueuerit? Non com
modum uidetur esse reuerendissime pater: imperorata iam præfatione nostra tuas uelle laudes recensere: quæ
quidem eiusmodi sunt: ut una quæq; suum tempus suum locum suam orationem desideret. Nam brutorum
familiam toto orbe celebratam & tanta originis uetustate refertam: ut prima Romanæ libertatis parens: eius/
demq; seueriſſima custos fuisse dicatur: si nunc in medium afferre: & explicare uoluero tantæ primordia do/
mus per tot ducta uiros antiqua ab origine gentis: si præterea tuam inclytam patriam urbem Venetam: in qua
natus: in qua educatus: in qua ad honores & dignitates prouectus es: quæ omnium iudicio atq; consensu meri/
to dicitur Maris Regina: orbis consilium: regum: principum: & omnium gentium profugium: libertatis patro/
na: iusticiæ parens: religionis mater: fidei columē. Italiæ splendor: in qua omnis illa spartanorum athenien siū
& Romanorum sepulta potentia & gloria reuiuiscit. Si deniq; tuas eximias uirtutes: quibus merito uideris cū
omnibus & eorum qui maximi habentur: & sapientia animi: & innocentia uitæ: & magnitudine consilii: & li/
beralitate naturæ: & excellentia doctrinæ: & scientia rerum: & religionis obseruantia: & fidei constantia: & om/
ni deniq; laudis genere posse conferri: si hæc inquam omnia commemorare uoluero: non erit mihi oratio clau
denda: sed historia magis inchoanda. Itaq; omittam atque in aliud tempus differam: & si nostrum multarum
uigiliarum munus tibi gratum fuisse cognouero. Primum illud: ut nomini tuo imprimatur operam dabo.
Alia deinde parabo dominationi tuæ destinanda. Nam quicquid litteris: quicquid studio: quicquid industria:

quicquid ingenio consequi potero id totum ad arbitrium tuum referam. Quos autem in hoc opere sum auctores imitatus: quosque dictorum meorum testes adduco: Historicos: Poetas: Oratores: Grammaticos: atque Philosophos: Græcos: Latinos: & Hebreos. Numero supra centum & uiginti. Omnes hic breuiter collecti oculis tuis subiiciuntur.

Plinius de histo. natura.
Plinius de uiris illustribus
Titus Liuius Patauinus
Marcus Cato
Aulus Gelius
Lucius Florus
Salustius Crispus
Valerius Antias
Iustinus
Solinus
Frontinus
Vegetius
Iulius Celsus
Iulius Cæsar
Suetonius
Cornelius Balbus
Cornelius Nepos
Fabius
Selius
Gelius
Sabinus Masurius
Seruius Sulpitius
Lactantius Firmianus
Pomponius Mella
Fauorinus
Aemilius Probus
Quintus Curtius
Asinius Pollio
Orosius
Iosepus
Diomedes
Macrobius
Clodius Licinius
Eusebius
Fauonius
Cassiodorus Siculus
Diodorus Siculus
Helius Spartianus
Strabo
Dionysius Alicarnaseus
Plutarchus
Tuditanus
Eutropius
Thucidides
Herodotus
Philistius
Ptolemæus
Quadrigarius
Hermippus
Diocles
Plinius Orator
Marcus Cicero
Quintilianus
Demosthenes
Demetrius
Theopompus
Theodectes
Naucrates
Isocrates
Virgilius
Oratius
Iuuenalis
Persius
Lucretius
Lucius Crassus Orator
Ouidius Poeta
Lucanus
Terentius
Seneca
Statius
Propertius
Ennius
Martialis
Petrarcha
Archilochus
Theocritus
Homerus
Symonides
Plautus
Hesiodus
Pacuuius
Syllius
Aristoxenus
Seruius Honoratus
Priscianus
Asconius Pedianus
Varro de lingua Latina
Nonius Marcellus
Festus Pompeius
Laurentius Valla
Ioannes Tortellius
Leonardus Aretinus
Beatus Thomas
Beatus Augustinus
Beatus Hieronymus
Aristoteles
Plato
Archimenides
Syropus
Chrysippus
Solon unus e Septem
Heraclydes
Antisthenes
Diogenes
Aristippus
Pytthacus unus e Septem
Aristophanes
Eschines
Theophrastus
Calisthenes
Cares
Apuleus
Dicæarchus
Apollodorus
Thrasylus
Socrates

COMPENDIOSA VITA VALERII MAXIMI.

VAlerius Maximus ciuis Romanus Patricio genere natus omnem puericiam & magnam adolescentiæ partem litteris percipiendis & honestis artibus dedit: inde sumpta uirili toga se contulit ad rei militaris disciplinam: ubi aliquādiu stipendia feciſſe & in Asiam cum sexto Pompeio nauigasse dicitur: unde reuersus cum uideret se patriæ suæ tā benedicendo q̄ benefaciendo posse prodesse: a quo incœpto studio militiæ gloria detinuerat: eodem regressus statuit urbis Romæ exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna: ut ipse fatetur: litterarum monumentis commendare: quod fœliciter & glorioſe consecutus est. Floruit autem Tiberii Cæsaris temporibus & sub eius imperio hanc scripsit historiam: cuius etiam numen inuocat. Imperatores enim Romani cum uirtute sua iuste sancteq; gessissent imperium diuino celebrabantur honore & in deorum numerum transferebantur: unde etiam diuos Imperatores appellamus. genus uero suum paternum a gente Valeria: Maternum a Fabia duxisse fertur: unde Valerius Maximus ex utraq; familia ei nomen est: de cuius morte certi nihil potest afferri.

ELENCHVS LIBRORVM VALERII MAXIMI.

Primi Libri.

De seruata religione cap. i. car. i.
De neglecta religione cap. ii. car. vi.
De ominibus cap. iii. car. ix.
De prodigiis cap. iiii. car. xi.
De somniis cap. v. car. xv.
De miraculis cap. vi. car. xix.

Secundi Libri.

De institutis antiquis cap. i. car. xxvi.
De disciplina militari cap. ii. car. xxxix.
De iure triumphandi cap. iii. car. xliii.
De censoria nota cap. iiii. car. xlv.
De maiestate cap. v. car. xlvii.

Tertii Libri.

De indole cap. i. car. xlviiii.
De fortitudine cap. ii. car. l.
De patientia cap. iii. car. lviii.
De his qui infimo loco nati clari euaserunt cap. iiii. car. lx.
De his q a parentibus claris degenerauerunt cap. v. car. lxii.
De his qui cultu corporis sibi nimium indulserunt cap. vi. car. lxiii.
De fiducia sui cap. vii. car. lxiii.
De constantia cap. viii. car. lxvi.

Quarti Libri.

De moderatione animi cap. i. car. lxxi.
De his q ex inimicis iūcti sūt amicitia ca. ii. car. lxxvii.
De abstinentia & continentia cap. iii. car. lxxix.
De paupertate cap. iiii. car. lxxxiii.
De uerecundia cap. v. car. lxxxvi.
De amore coniugali cap. vi. car. lxxxvii.
De amicitia cap. vii. car. lxxxix.
De liberalitate cap. viii. car. lxxxxii.

Quinti Libri.

De humanitate cap. i. car. lxxxxiiii.
De gratitudine cap. ii. car. lxxxxix.
De ingratitudine cap. iii. car. c. ii.
De pietate erga parentes cap. iiii. car. c. vii.
De pietate erga fratres cap. v. car. c. x.
De pietate erga patriam cap. vi. car. c. xi.
De parentum amore & indulgentia in liberos cap. vii. car. c. xiiii.
De parentum seueritate aduersus liberos cap. viii. car. c. xv.
De parentum moderatione aduersus suspectos liberos cap. viiii. car. c. xvi.
De parentibus qui obitum filiorum forti aio tulerunt cap. x. car. c. xvi.

Sexti Libri.

De pudicitia cap. i. car. c. xvii.
Quæ libere dicta aut facta sūt. cap. ii. car. c. xx.
De seueritate cap. iii. car. c. xxiii.
De grauiter dictis aut factis cap. iiii. car. c. xxvi.
De iusticia cap. v. car. c. xxvii.
De fide publica cap. vi car. c. xxx.
De fide uxorum erga uiros cap. vii. car. c. xxxi.
De fide seruoꝝ erga dominos cap. viii. car. c. xxxii.
De mutatione moꝝ & fortunæ cap. ix. car. c. xxxiii.
De sublimitate a statu humili cap. x. car. c. xxxiiii.
De uarietate casuum cap. xi. car. c. xxxv.

Septimi Libri.

De fœlicitate cap. i. car. c. xxxviii.
De sapienter dictis aut factis cap. ii. car. c. xxxix.
Vafre dicta aut facta Strategemate cap. iii. car. c. xliiii.
De repulsis cap. iiii. car. c. xlviii.
De necessitate cap. v. car. c. l.
De testamētis q̄ rescissa sunt cap. vi. car. c. li.
De testamētis q̄ rata māserūt cap. vii. car. c. liii.
Qui aduersus opiniones hominum hæredes habuerunt cap. viiii. car. c. lv.

Octaui Libri.

Infames rei quibus de causis aut damnati aut absoluti sunt cap. i. car. c. lvi.
De priuatis iudiciis cap. ii. car. c. lx.
Quæ mulieres pro se aut pro aliis causas egerunt cap. iii. car. c. lxi.
De quæstionibus cap. iiii. car. c. lxi.
De testibus cap. v. car. c. lxi.
Qui quæ in aliis uindicarunt ipsi commiserunt cap. v i. car. c. lxii.
De studio & industria cap. vii. car. c. lxiii.
De ocio cap. viii. car. c. lxviii.
Quanta uis eloquentia est cap. viiii. car. c. lxix.
Quantum momentū sit in pronunciatione & apto motu corporis cap. x. car. c. lxx.
Quā magni effectus artiū sint cap. xi. car. c. lxxii.
Quæ nulla arte effici possunt cap. xii. car. c. lxxiii.
Suæ quēq; artis & auctorē & disputatorem optimum esse cap. xiii. car. c. lxxiii.
De senectute cap. xiiii. car. c. lxxiiii.
De cupiditate gloriæ cap. xv. car. c. lxxvi.
Quæ cuiq; magnifica contigerunt cap. xvi. car. c. lxxviii.

Noni Libri.

De luxuria cap. i. car. c. lxxxii.
De crudelitate cap. ii. car. c. lxxxvi.
De ira & odio cap. iii. car. c. lxxxx.
De auaritia cap. iiii. car. c. lxxxxiii.
De superbia & impotentia cap. v. car. c. lxxxxiiii.
De perfidia cap. vi. car. c. lxxxxv.
De ui & seditione cap. vii. car. c. xcvi.
De temeritate cap. viii. car. c. xcvii.
Quantum ualet error cap. viiii. car. c. xcviii.
De ultione cap. x. car. c. xcviii.
Dicta improba aut facta scelerata cap. xi. car. c. xcviiii.
De morte non uulgari cap. xii. car. cc. i.
De cupiditate uitæ cap. xiii. car. cc. iiii.
Quā exq̄sita custodia usi sunt q̄bus suspecti domestici fuerunt cap. xiiii. car. cc. v.
De similitudine formæ cap. xv. car. cc. vi.
De his q̄ infimo loco nati mēdacio se clarissimis familiis inferere conati sunt cap. xvi. car. cc. vii.

FINIS.

VRBIS Romæ exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna: q̃ apud alios latius diffusa sunt. In ac p̃fatiõe: Valerius seruat qd ꝑpriũ é exordii: ut attentionẽ captet & docilitatẽ: Proponit enim qbus de rebus dicturus sit: & se rem utilem scriptuꝝ pollicet: idq; q̃ breuissime factuꝝ. Beniuolentiã quoq; cõparat a persona sui: cũ officiũ suũ sine arrogantia laudet: extenuat quoq; meritũ suũ cũ dicat se nõ tantũ igenio & industria ualere: ut oĩa cõplecti possit: neq; cõfidat: ea etiã de qbus tractaturus sit: se uel ornatius: uel copiosius q̃ cæteros esse scriptuꝝ. In reliq̃ uero parte: nihil aliud agit: nisi ut plane aduletur Tiberio: nam inuocat eius numẽ: quod proprium est poetarum: idq; sine adulationis suspitione fieri non potest. Vrbis Romæ: eo ordine historiã exequitur: quo nunc ꝑponit: nã ubi primo domestica ponit exẽpla: deinde externa subiũgit. Exterarũq; gẽtium: Quia oĩa ferme oĩum reꝝ exempla ex multis & pene inumerabilibus: tã græcoꝝ: q̃ latinorũ uoluminibus i unũ cõgesta proposuit. Exteraꝝ dr̃ & Externaꝝ: nã & exter iuenit. Statius exter honos dixit. Vir. li. iiii. Et nos fas extera q̃rere regna: at li. vi. Externiq; itez thalami. Hesternus uero aspiratũ cũ s aliud est: Nã ab heri deducit. Facta simul ac dicta: ut qsq; recte fecerit aut dixerit oculis nr̃is subiiciat.

Exter
Exter
nus
Statiꝰ
Vir.
He-
ster
nus



Quæ apud alios: utilitatẽ ostẽdit operis sui: dicit. n. apud alios eiusmõi ꝑplixe tractata esse: & ob eã rem nõ facile cõpræhẽdi posse. Latius diffusa sũt: latiꝰ dispsa sũt: ut nõ breuiter cognosci possint. Breuiter: Bene hic breuiter: qa apud alios latiꝰ siqdẽ ita ꝑcipi oportet: quẽadmodũ apud eos: scripta iueniunt. Illustribꝰ auctoribus: Ab auctoritate ẽt cõparat fidẽ: scriptis suis. Documẽta: hic nitit beniuolos reddere auditores: q ꝑfitet se illis minuere laborẽ. Documẽta: exẽpla & monumẽta uirtutis uel uicii: uirtutis ad suadẽdũ: uicii ad deterrẽdũ: ut alteꝝ imitemur: alterum fugiamus. Labor absit: Nã alioqn necesse foret ut apud multos eiusmõi exẽpla iueniret: qd̃ sine maxio labor cõfici nõ posset. Nec mihi cuncta cõplecta nõ satis est ad beniuolẽtiã cõtrahendã officiũ suũ laudare: nisi id quoq; extenuaueris: ideo hoc facit: & attẽtionẽ parat: cũ breuiter id se factuꝝ polliceat. Nã cũ dicit se nolle cuncta cõplecti: significat se historiã breuiori libro uelle compræhẽdere. Quis. n. oĩs æui: Nõ. n. inqt ego mihi uiribusq; meis ita cõfido: ut audeã oĩa polliceri imo uero de multis pauca ꝑscribã: neq; n. ita igenio meo fretus sum: ut ornatiꝰ q̃ cæteri scriptores scribere audeã. Voluminũ numero: utpote nouẽ libris: hoc iter uolumẽ & librũ itereſt: q; uolumẽ significat ptes operis: nõ aũt totũ librũ: liber uero & ꝑ toto codice & ꝑ uolumĩe accipit: Idq; Pli. oratoris testimõio cõprobat: q dixit libri tres: in sex uolumĩa pp amplitudinem diuisi. Aut qs cõpos mẽtis: bene dixit nisi stultꝰ fuerit: nã q supra uires aliqd audet: hic ꝑpe ĩsaniã accessisse ur̃. Vnde flaccꝰ. Sumite materiã uestris q scribitis æquã Viribꝰ: & uersate diu qd ferr̃ recusẽt: Quid ualeãt humeri. Quis ergo inqt nisi malesanus audeat cæteros scriptores eloquẽtia & ĩdustria supare? Seriẽ: Ordinẽ: a serendo: hoc est ordinãdo dictã. Fœlici: fœcũdo & copioso. Supiori: maiori & elegãtiori. Cõditã: cõpositã. Quis speraverit? q̃si dicat nemo. Te igi. pe. quẽ. Iã adulari ĩcipit: sic & Vir. Tuq; adeo quẽ mox q̃ sint hĩtura deoꝝ. Cõcilia incertũ é: & cætera. Nec miꝝ est q; tã plane adulet: nõ. n. mos ẽ scriptoribus ĩuocare. Hoc autẽ loco ĩuocat ĩperatorẽ q̃si deũ: qd̃ sine adulatiõe facere nõ põt: q; mos nõ sit. Liuius. Cũ bõis potius ominibus: uotisq; ac p̃catiõibus deoꝝ dearũq; si ut poetis nobis quoq; mos eẽt: libẽtius ĩcipemus: ut orsis tãti operis succesſus ꝑsperos darent.

OLI-
VEriꝰ

Docu
mẽtũ

Liber
Volu-
men
Hora.
Flac.

Series.
Virgi.

VALERII Maximi Factoꝝ ac dictorum memorabiliũ. Liber ad Tiberium Cæsarem. Prologus.

VRBIS ROmæ exterarũq; gentium facta simul ad dicta memoratu digna: quæ apud alios latiꝰ diffusa sũt: q̃ ut breuiter cognosci possint ab illustribus electa auctoribus deligere constitui: Vt documẽta sumere uolẽtibus lõge iquisitiõis labor absit. Nec mihi cũcta complectendi cupido incessit. Quis. n. omnis æui gesta modico uoluminum numero compræhenderit? Aut quis cõpos mentis domesticæ peregrinæq; historiæ seriem fœlici superiori stilo cõditam: uel attentiore cura: uel præstantiori facundia traditurũ se sperauerit? Te igitur huic cœpto: penes quem hoĩum deorumq;

Cõſenſus hoium: Quia dii & hoes ita cõſenſerũt: ut totius orbis terrarũq; mariſq; iperiũ obtineres. Certiſſima ſa. pa. qa ſalus pria i te uno poſita e: nã iperatores p adulationẽ parẽtes priæ dicebãt: qd Ciceroi nõ p adulationẽ datũ fuit poſt extictã nefariã Catilinæ cõiurationẽ i cõſulatu ſuo. Iuuenalis Roma patre patriæ ciceronẽ liberã dixit. Virtutes: fouent: & uicia uidicãt. Id fortaſſe dicit qd facere deberet ut uirtutes foueret: & uicia uidicaret. cũ .n. dicimus hoiem aliqd magnũ facere: ſi facit: cõfirmamus: ſi nõ facit: hortamur ut faciat. Fouent: Suſtẽtant.

Nã ſi priſci oratores: oſtẽdit ſe rectius iuocaſſe cæſaris numẽ q̃ cæterorũq; deorũq;: quos ab oratoribꝰ & poetis iuocari cõſuetũ e: dicit. n. ſi antiq oratores & poetæ ab aliquo numie icepe: hi a Ioue: illi ab alio numie: ego quo minor ſũ cæteris hoc iuſtior ad te cõfugio: quẽ uidemꝰ diuios honores meruiſſe: q̃ ãt priſci oratores iuocauerit numia anteq̃ oratiões icoharẽt: oſtẽdit Virgilius. xi. æn. Præfatꝰ diuos ſolio rex ifit ab alto. Nã & Ser. i enarratiõe huius carmis ſic ingt. More antiquo: nã maiores nullã oronẽ niſi iuocatis numinibꝰ i cohabãt: ſicut ſunt oẽs orones Catõis & gracchi: nã generale caput i oibꝰ legimꝰ. Vnde Cicero: p irriſionẽ ait. Si qd ex uetere aliq̃ orone Ioue ego optimũ maximũ: &c. Ab Ioue. o. m. Cice. i oro ne cõtra clodiũ. Quo circa te capitolie quẽ pp beneficia populus Rõanus optimũ pp ui maximũ appellauit. ltẽ li. iii. de finibus bonorũq; & maloru. Cũ dicius Ioue optimũ maximũ eũdẽq; ſalutarẽ: hoſpitalẽ: ſtatorẽ: itelligi uolumus ſalutẽ oium in ſua eẽ tutela. Numie: quia ita icipe ſolebãt oratores antiq. Orſi. ſ. exordia ſũpſer. Numie: ut ab apollie: a libero: a cerer. Vnde Vir. Vos o clariſſima mũdi Lumia labẽtẽ cælo q̃ ducitis ãnũ: Liber & alma ceres. Cætera. d. cæteri iqt dii tãtũ opiniõe colligũt. i. tãtũmõ hoies opinãt cæteros eẽ deos: q̃ eos nũq̃ uiderit. Cæſares: ãt uidẽt: ergo cæterorũq; deorũq; dẽ fides ẽ: ſed icerta: Cæſarũq; ãt pſẽs & certa: qa dii cæſares oculis ipis cõſpiciũt: ergo q̃do de cæſaribus fides ẽ certior atq; pſẽtior q̃ de cæteris diis tãto iuſtius ego tuũ numẽ iuocaui: q̃ cæterorũq; deorũq; ab oratoribꝰ & poetis iuocãt. Plinius. Prno Auitoq; ſyderi. Pli. li. i. natu. hiſto. dicit: nõ multo poſt obitũ. C. Cæſaris i ludis: quos faciebat auguſtus ueneri genitrici: appuiſſe ſydus crinitũ p. vii. dies i regiõe cœli ſub ſeptẽtriõibus: qd oriebat circa undecimã horã diei: Eo ſigno ſignificari uulgus credidit cæſaris aiam iter deorũq; imortaliũ numia receptã. Et hoc teſtat ipe: Pli. ex uerbis auguſti: q qdẽ iteriori gaudio ſibi illud natũ ſeſeq; i eo naſci iterp̃tatus ẽ: hoc ingt ſalutare terris fuit. Vnde Virgilius. Ecce dionei ꝓceſſit cæſaris aſtrũ. In cuius tamẽ carmis expoſitiõe. Seruius nõ ueneri gẽitrici: ſed Patri Cæſari funebres tũc celebraſſe ludos auguſtũ dicit. Bene ergo dixit prno auitoq; ſyderi. i. Prno: Octauiani. Auito: Iulii cæſaris. Cærimõiis noſtris: Quia maxia lætitia celebrant ſacra patris & aui: quorũq; diuinitate auctæ ſunt cærimoniæ nræ. Reliquos. n. d. ac. Nec immerito quidem factum eſt: ut uirtute Iulii cæſaris romani dicerentur deorũq; auctores. Accepimus. ſ. ab aliis gentibus. Dedimus. ſ. a nobis. Et quoniam initium: Quandoquidem huc animus intendit: ut principium noſtrum ſumatur a religione: ab ea dicere incipiemus.

OLI. Maiores ſtatas: Aggredit nũc qd pollicitus eſt: ut exẽpla ꝓponat memoratu digna: & primo qdẽ de religiõe: qbus facile pcipi põt eã p̃ cæteris curæ fuiſſe maioribus: ut nihil ne minimũ qdẽ p̃termitterẽt qd ad religionẽ ptinere uideret. Primo igit dicit de iſtitutis maiorũq;: q̃ ad religionẽ ſpectabãt: quã illi oibꝰ i rebus diligẽtiſſime ſeruabãt. Eſt ãt religio: uirtus q̃ ſupiori cuidã naturæ. i. deo cultũ cærimoniãq; affert: dicta a relegẽdo teſte Cice. li. de natura deorũq;: q ſupſtitioſos a religioſis ita diſtĩguit: q tetos inqt dies p̃cabant & imolabãt: ut ſui ſibi liberi ſupſtites eſſent: ſupſtitioſi ſunt appellati: qd nomen primo latius patuit. Qui autem oia q̃ ad cultum deorũq; ptinerẽt: diligenter retractarent: & tanq̃ relegerẽt: dicti ſũt religioſi ex relegẽdo. Maiores: Antiq & ueteres: illi quoq; mores fuere meliores: nã ipſi deorũq; cultũ p̃ cæteris rebus procurarũt: maiores & minores: quotiẽs de priſcis & poſteris dicimus numero tantũ plurali declinat. Statas cærimonias: ſtatæ cærimoniæ: ut uult Feſtus Põpeius: dicebant ſacrificia q̃ certis qbuſdã diebus & ſtatutis celebrabãtur. Vnde Cato. Sacra ſtata & ſolẽnia ſancta deſeruiſti: alii ſtatas ꝓ ſtatutas dicũt: qdã etiam Iouis ſtatoris ſacra. Sed feſti melior eſt ſnia & expoſitio. Solẽnes: anniuerſaria ſacrificia q̃ ſingulis qbuſq; annis fiebãt: nã ſolẽnis a ſolo & anno cõponit. Cærimonias: cærimõiæ apud latinos generaliter dicunt oẽs ritus ſacrificiorũq; a cerete oppido: ut ipſe paulopoſt dicturus eſt: uel a caritate ut aliis placet. Põtificũ ſcia: iure canonico: ut nos nũc dicimus ſiue põtificio: nã pontifices docebãt qbus tẽplis: qbus diis: quo tẽpore: quo ritu: qbuſq; i hoſtiis ſacrificia fieri deberẽt. Gerẽdarũq; rerũ: Quia ſacrificia q̃ ꝓ rebus gerẽdis ſuſcepiſſent: earũq; rerũ auctoritate cõfirmata: ſolẽnia habebãt niſi iperator rẽ cũ hoſte cõmiſſurus tauro marti imolaſſet: & poſtea uictoriam cõſecutus eẽt id ſacrificiũ ex re bene geſta cõprobatũ ſolẽne habebat: nã ex eo qd rẽ bene geſſiſſent itelligebãt ea ſacrificia diis accepta fuiſſe: & ita cõfirmata auctoritate ſolẽnia haberi incipiebãt. Augurũq; obſeruatiõe: ut q̃ captis auſpiciis augures diis gra-

Iuuenalis

Virgilius

Cicero

Virgilius

Plini.

Virgi.

Religio Cice.

Pom. Cato

cõſenſus maris: ac terræ regimẽ eſſe uoluit: certiſſima ſalus patriæ cæſar iuoco: cuius cæleſti ꝓuidẽtia uirtutes (de qbus dicturus ſum) benigniſſime fouent: Vitia ſeueriſſime uindicant. Nã ſi priſci oratores a Ioue optimo maxio bene orſi ſunt. Si excellẽtiſſimi uates a numine aliquo principia traxerunt: mea paruitas eo iuſtius ad fauorẽ tuũ decurrerit quo cætera diuinitas opiniõe colligitur: tua præſenti fide: paterno auitoq; ſyderi par uidetur: quorũ eximio fulgore multũ cærimoniis nris iclytæ claritatis acceſſit. Reliquos eni deos accepius: cæſares dedimus. Et quoniã initiũ a cultu deorũq; petere i aio ẽ: de cõditiõe eius ſummati diſſerã.

De cultu deorum. Cap. I.

ta & ꝓbata fuisse dixissent ea solẽnia haberent. Apollinis ꝑdiuã, ut q̃ sacrificia phœbades oraculo apollinis fie ri debere dixissent: ac diis placere: haberent solẽnia: sicut sæpe cõsultus apollo quom õ sacrificia fieri deberẽt: uel ad irã deoꝝ placãdã: uel ad uictoriã cõsequẽdã: uel si qd aliud opus eẽt: rñdebant phœbades uel tauro: uel agno: uel hoc ritu: uel illo: uel Ioui: uel Marti: uel his: uel illis sacrificiũ eẽ faciẽdũ. Vatũ: phœbadũ: nã phœbades apolli nis uates dicũt: erãt ãt uirgines sic a phœbo denomiatæ: q̃ tẽplũ apollinis ingressæ: cũ ad iꝑius adita: hoc é penetra lia uẽissent: apollinis spiritu afflatæ futura ꝑdicebãt. Libris portẽ depulsis, i, supstitioso ꝝ hoium reiectis libris: Phœbas Magica ars a Romanis neglecta

uatũ libris portẽtorũ depulsa: hetrusca disciplina explicari uolucrũt: prisco ẽt instituto rebus diuinis opa dat: quũ aliqd cõmẽdãdũ é ꝑcatiõe: quũ exposcendũ uoto: quũ exoluẽdũ gratulatiõe: quũ iqrẽdũ uel extis uel sortibus iꝑtito: cũ soléni ritu ꝓgẽdum sacrificio: quo ẽt ostẽtoꝝ ac fulguꝝ denunciationes ꝓcurantur.

nã ut Liui, tradit, Sacrificuli qdã externi uene rũt Romã: q supstitiõe potius q̃ religione aĩos hoium astringerẽt. Aut libris portẽtoꝝ de pulsis: qa Romãi nunq̃ magicã artẽ admittere uoluerũt: qđ Virgi, ꝑ Didonẽ testari uidet: cũ eã ita loquẽtẽ iducit, Testor cara deos: & te ger mana tuũq;. Dulce caput magicas iuitã accigi er artes: ubi Seruius, Cum multa inquit sacra Romani susciperent magica semper damna rũt, Cice, quoq; & Pli, magicos & mathemati cos ipugnãt, Augusti, quoq; i ciuitate dei tradit aduersus magicas artes legẽ, xii, tabulaꝝ eẽ, Libris ergo porten toꝝ, i, magoꝝ: q portẽtis qbusdã denunciatis i terroré hoies cõuertunt: ita ut eos sui cõpotes eẽ nõ sinãt. Hetru sca disciplina: scdm morẽ hetruscoꝝ qué a thage in agro tarquiẽsi didicerũt: nã ide sacra & cærimõias oẽs roma ni sumpserũt, Cõstat, n, hetruscos ois diuini cultus studiosissimos fuisse: hæc ãt oia Cice, i oꝛone cõtra, P, Clodiũ plãissime oñdit: q illoꝝ inqt prudẽtiã nõ dicã asseq: sed q̃ta fuerit ꝑspicere possunt: q statas solẽnesq; cærimõias: põtificũ reꝝ bene gerẽdaꝝ auctoritates: auguria fatoꝝ: ueteres ꝑdicatiões apollinis uatũ libros: portẽtoꝝ expla natiões hetruscoꝝ disciplia cõtineri putarũt: q̃ tãta ẽ: ut nr̃i memoria primũ italici belli funesta pricipia: post syl lani cinaniq; tpis extremũ pene discrimẽ: tũ hãc recẽtẽ urbis iflãmãdæ delendiq; iperii cõiurationé nõ obscure pauloante ꝑdixerit. Explicari: euolui: exponi: diffiniri. Prisco ẽt insti, nõ solũ iquit in obseruãdo cultu deoꝝ hetruscã disciplinã secuti sunt romani: sed etiã alii ritus qdã sacrificãdi a ueteribus istituti seruanẽ: ergo prisco in stituto: qa nõ solum sacrificaẽ secundũ hetruscam disciplinã: sed etiã secundũ istitutionẽ maioꝝ: nã sicut illa ma iores instituerunt: ita quæ sequunẽ maioꝝ institutis sunt ꝑcepta. Rebus diuinis opa daẽ, i, sacrificia diis exhi bentur: nã diuinis rebus operã dare nihil aliud est nisi sacrificare. Cum aliqd cõmendãdum: ut cum aliqđ bel lum susciperent: & diis exercitum Populi Ro, cõmendarent: diis sacrificabãt: deinde cũ iã bello suscepto ꝑliũ ini turi essent numinibus aliqd uouebãt: uel tẽplum uel arã uel munus aliqđ: si Po, Ro, uictoriã cõcessissent postre mo uictoria potiti: quã a diis petierant: in actiõe gratiaꝝ uota ꝓsoluebãt: & hos ritus ostendit istituisse maiores.

Augustinus

Cõmendãdum: Ordiné secutus rectissimũ: cũ dicat cõmẽdandũ ꝑcatione exposcendum uoto: soluendũ gra tulatiõe: primo, n, anteq̃ bella susciperenẽ: cõmendabanẽ exercitus: deide cũ ꝑliũ cõmissum fuerat: uotis exposce baẽ uictoria: postremo uictis hostibus: qđ uotum fuerat cũ gratiaꝝ actiõe ꝓsoluebaẽ: ergo cõmẽdandum susce ptis bellis: exposcẽdum cõmissis ꝑliis: soluẽdum debellatis hostibus & deuictis belloꝝ casibus. Gratulatiõe: Quia diis gr̃as agebant ꝓ re bene gesta: nã gratulari cum ad deos referẽ gr̃as agere: alias uero cũ alio pariter de re aliq̃ lætari significat. Cũ ingrendũ uel extis uel sortibus. Sunt inquit & alii ritus sacrificãdi a maioribus i stituti: ut cũ irati sunt di, : & sacrificiis irã eoꝝ placaẽ uolumus: primo iquirẽdũ ẽ cur irati sint: & postq̃ explorata fuerit ira deoꝝ: ꝓ q̃litate piaculi adhibẽdũ est sacrificiũ: explorabaẽ autẽ ira deoꝝ uel ꝓ exta: uel ꝓ sortes: per exta hoc mõ si tristia fuissent uel pallida uel aliq̃ ꝑte mutilata: significabant deos iratos eẽ: si uero læta uigentia & in tegra dii significabanẽ eẽ placati. Vel sortibus: Duplex fuit apud priscos ꝑcipuũ diuinãdi genus ꝓ sortes: unas quidẽ sortes uirgilianas appellabãt cũ apto Vir, codice destinati q occurrissent uersus excipiebãt: de quo genere helius Spartianus in adriani uita: quo quidem tpe cum solicitus de iperatoris erga se iudicio uirgilianas consu leret sortes: in hos incidit uersus, Quis procul ille autẽ ramis insignis oliuæ, Sacra ferens: nosco crines incanaq; mẽta Romani regis primã qui legibus urbẽ Fundauit: curribus puis: & paupere terra Alteꝝ fuit sortiũ genus uetustissimũ: a sacerdotibus cõfictũ respõsisq; oraculoꝝ nõ dissimile: qđ iscripta foliis arborum tabelliscq; diuer soꝝ euentũ eulogia ad deorũ puluinaria erãt ita dispositа: ut qđ petitiõi cõducere uideret: artificio quodã in spẽ uel in metum suscitantem iducerent: hinc illud Liuii li, xxii, sortes attenuatas: Vnãq; excidisse ita scriptam. Ma uors telum suum concutit: quomodo fierent procurationes idẽ Liuius docet. Impartito: adhibito solemni ri tu, primo inquirendum est: post inquisitionem ꝓ qualitate piaculi adhibendum est sacrificiũ: ergo ubi causam cognouissent iræ deorum in extis uel sortibus statim expiabantur ritu sacrorum. Quo, s, sacrificio: non eo dem dicit sacrificio purgari denunciationes: fulgurum & ostẽtorum: quo purgabant ea quæ sortibus uel extis inquisita sunt, Sed alio sacrificio uidelicet sacrificio ostentorum, Vt uerbi gratia si lapidibus pluisset nouendali sacrificio expurgabatur: quia nouem diebus sacrificiis operã dari oportebat, Liuius id multis in locis: sed libro quinto secundi punici belli: per aliquot inquit dies consules diuinis rebus operam dederunt: & per omnes dies sacrum nouẽdiale fuit. Ac fulgurum: ut si tecta publica de cælo tacta fuissent maioribus hostiis expiari opor tebat. Denunciationes: Quia denũciabãt aliquid in instare reipublicæ. Procurãtur, Expiantur: purgantur.

Gratulari

Duplex Diuinandi genus

Liui,

¶ Maiores statas, Non ab re prisci Grammatici inter officii sui partes: haud ultimam statuerunt posituræ ratio nem, Nicanoꝝq; in eo genere tantum studi collocauit: ut inde σιγματίαν appellari meruerit, Emẽdatus enim codex nisi distinctus esse qui potest? Ecce confuso in hoc Valerii capite textu orationis: aut nullus aut certe insul sus extabat sensus, Accepit hæc (ut ad rẽ ueniã) Valerius ex Ciceroẽ cuius in ea quã de Auruspicũ respõsis inscri

THE.

pſit oratiõe uerba ſunt hæc. Ego uero primum habeo auctores ac magiſtros religionũ colẽdarum maiores nõſtros: quoꝝ mihi fuiſſe tãta ſapiẽtia uidet̃: ut ſatis ſupercꝫ prudentes ſint qui illoꝝ prudẽtiã nõ dicã aſſequi: ſed quãta fuerit perſpicere poſſunt. Qui ſtatas ſollenniſcꝫ cærimonias põtificatu: Reꝝ bene gerẽdarũ auctoritates: augurio fatorũ. Veteris prædictiones Apollinis: Vatum libris. Portẽtorũ explanationes Etruſcorum diſciplina cõtineri putarunt &c. Ex iis arbitror apparet aliter eſſe diſtinguẽda cõmata: q̃ cõpitalicii magiſtri cõſueuerunt, hoc ordine atcꝫ ſenſu Maiores noſtri ſtatas & ſollennes cærimonias põtificũ ſciẽtia uoluerũt explicari: nã tota ſacrificãdi ratio a Collegio põtificũ: petebatur: ut diſcimus ex Cicerone Liuioꝫ. Sed auctoritatẽ rerũ bene gerẽdarũ uoluerũt explicari obſeruatiõe augurũ, quippe romani publice niſi auſpicato nihil ĩcohabãt: ut auctor ẽ ipſe Tullius. Predictiones & Apollinis oracula: Vatũ .i. Sibyllarũ uel Martiorũ libris. Depulſa uero portẽtoꝝ .i. ꝓcurationes ad auertendas portẽtoꝝ minas: Etruſca diſciplina explicari uoluerũt. Priſco etiã iſtituto .i. ueteri ſacrorũ cõſuetudine impartito ſacrificio cũ ſolemni ritu: rebus diuinis opera dat̃: quõ precatione aliquid eſt cõmendandũ: quom eſt expoſcendũ uoto: quom exoluendũ gratulatione: quom Inquirendũ uel extis uel ſortibus: repetẽdũ ſemper eſt priſco inſtituto rebus diuinis opera datur per ſingula cõmata: ſicut illud: explicari uoluerũt. in ſuperioribus. Hæc eſt Elegãs & uera Georgii Merulæ expoſitio. quam Doninus eruditus admodũ Iuuenis eius auditor excepit: & mecũ comunicauit. is affirmabat Merulã iuſſiſſe induci. uerbũ peragẽdũ. quia ſenſũ deſtrueret. Aliqua Codrus urceus & Raphael Rhegius ad hanc rem prodiderũt ſed utroꝫ prior ut accepi Merula iam promulgarat: & ſi præuentus eſt editione non propterea ſua laude fraudari debet.

De Cerere placanda.

TAntũ ãt ſtudiũ antiqs, nõ ſolum ſeruãde: ſed etiam amplificãdæ religiõis fuit: ut florẽtiſſima, tũ & opulẽtiſſima ciuitate decem principum filii ſenatus conſulto, ſingulis hetruriæ populis percipiendæ ſacrorum diſciplinæ gratia traderentur.

CEreriqꝫ quã more græco uenerari iſtituerãt: Sacerdotem a Velia: cũ id oppidum nondũ ciuitatis accepiſſet, nomen chalcitanam peterẽt: uel ut alii dicunt, chaliphenam: ne deæ uetuſtis ritibus perita deeſſet Antiſtes. Cuius cum in urbe pulcherrimum templum haberẽt: gracchanoqꝫ interitu, pollutũ moniti ſibyllinis libris: ut uetuſtiſſimã cererẽ placarẽt ætnã: quoniam ſacra eius ide orta credebãt: quindecim uiros ad eam propitiandam miſerunt.

OLI. Etruſcã diſciplinã q̃ti facerẽt romani

THE. ¶ Sophiſtæ, Rhetoras antiq Sophiſtas appellabāt: ut Philoſtratus auctor eſt & Marius Victorinus in Rhetorica Ciceronis. Rhetor eſt iquit qui docet litteras atq̄ artes tradit eloquētiæ: Sophiſta eſt apud quē dicendi exercitiū diſcit. &c. eius ergo generis Daphita fuit ex Telmeſſo: qui cōmētatus in Homerū negat Athenienſes expeditiōis in Troiā participes extitiſſe. de cuius fato Suidas eadem quæ Valerius. Aliter autem Strabo Geographiæ. xiiii. Mons ait Thorax appellatur: in quo tradunt in crucem ſublatum Daphitam grāmaticū: q̄ reges uerſibus iceſſeret. πορφύρεοι ὐμῶν τὰ ἀνορύγματα γαζῆς Λυσιμαχοῦ Λυδῶν ἀρχέτε καὶ φρυγίης. i. Purpurei uibices ſcobs opum Lyſimachi uos ne Lydis & phrygibus imperatis: ex quo illud in prouerbium ceſſit: caue Thoracem. Daphitas in ſuperiore diſticho Purpureos uibices ex Aridicæ ioco dixit. Nam: quom regis libertus ad opes nuper euectus philoſophos ad conuiuium congregaſſet: & irridendo minutulas eorum quæſtiones ſcire ſe uelle dixiſſet: cur ex nigra & alba faba pulmentum unius coloris edatur: Aridices indigne ferens tu nobis inquit abſolue, cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignātur, hæc in Valerium Ianus ex quinto Sympoſiacorum Plutarchi dictauit: unde totidem uerbis & Macrobius. Cui nomen erat equi. Valerio Suidas & eo prior Cicero concinit hunc in modum. Quid enim ſi Daphitæ fatum ita fuit de equo cadere? atq̄ ita perire? ex hoc ne equo qui cum equus non eſſet: nomé habebat alienum. Sed illud obſeruandum. Daphitam per. T. a Strabone: a Suida Daphidam per. d. notari: quod in quibuſdam Valerii codicibus eſt legere.

De Rege Philippo.

OLI. EOdē oraculo macedonū rex Philippus admōitus ut a quadrige uiolētia ſaluté ſuā cuſtodiret: toto regno diſiūgi currus iuſſit: eūq̄ locū q̄ in bœotia q̄drigia uocat ſemp uitauit: nec tamē denunciatū piculi genus effugit, nā pauſanias in capulo gladii, quo eū occidit q̄drigā habuit cælatam.

EOdem oraculo. Sicut illi uerum predixit appollo: ita quoq̄ Philippo Macedonum regi, hic cum quereret ex oraculo qua morte periturus eſſet: reſponſum accepit ut quadrigas uitaret: tum Philippus quadrigas omnes ex regno ſuo iuſſit amoueri, locus etiam qui quadriga appellabatur: ab eo ſtudioſe uitebatur: ſed nulla potuit ratione fata uitare, nam occiſus eſt a pauſaniæ adoleſcentis gladio: in cuius capulo quadriga fuerat inſculpta, hac autem de cauſa dicitur pauſanias occidiſſe Philippum: q̄ cum interrogaſſet Hermoclem quo pacto ſibi poſſet glorioſum nomen comparare: reſpondiſſe: dicitur: ſi uirum nobiliſſimum occideret, hoc autem Valerius ſentit, ſed aliter Iuſtinus, dicit enim q̄ Philippus Macedonum rex iam ætate p̄uectiori regis attali ſororem: uel ut Plutarchus dicit filiam Cleopatram uirginem olimpiadi ſuperinduxit uxorem, quod quidem illa grauiter ferens cum Alexandro filio iam tum dicitur iniiſſe conſilium contra Philippum. Forte ita accidit ut Attalus cum Cleopatra filia conuiuium celebraret: ad quod Pauſaniam adoleſcentem inuitarunt, qui cum uino paulo largius inuitatus eēt: eo turpiter abuſi ſunt omnes, adoleſcens poſtquā reſipuit: & contumeliam: quā per uinolentiam paſſus erat recognouit: ſæpe de iniuria ad Philippum conqueſtus ē. Ille iocabundus Pauſaniam dimittere: hic uehementius indies de ea re inſtare, cupere tātam iniuriam ulciſci, ſed cum ſorte quadam occurriſſet Alexāder: apud eum conqueſtus eſt de hac iniuria, ille dicitur græcæ iambicum uerſum pronunciaſſe: eum qui dedit, eum qui accepit: ſcilicet interfice, quod etiam factum eſt: nam occupatum anguſtiis: Philippum in trāſitu obtrūcat, de quo latius in ca. de cupiditate gloriæ dicemus: ſed in eo miraculum fuit q̄ gladio occiditur qui quadrigam impreſſam habebat in capulo.

Plutarchus

Mors Philippi

THE. ¶ Locum qui in Bœotia quadriga uocatur. Auctorem qui tibi reddat in Bœotia Quadrigam nō facile iuenias. Harma græcum nomen expreſſit oppidi Tanagreorum finibus attributi: ſi Pauſaniæ credimus: ab Amphiarai caſu. de quo plura Strabo. Memoratur & in Actica Harma ad caſtellum Phylen. Ergo Valerius Harma latine Quadrigam uocauit.

QVæ tam pertinax, Cũ Alexander dariũ uicisset & Babylonẽ subegisset: audiuit in india esse qui ludũ Gymnosophistæ exercerent, dicebant autem Gymnosophistæ nudi Philosophi, ideo autẽ nudi uiuebant quia dicerent naturã omnibus rebus humanis prouidisse, nec quicq̃ deesse uoluisse: quemadmodũ igitur cætera animalia his contenti essent: q̃ sibi natura suppeditasset: ita homines uitã suam informare debere: ut nihil p̃ter quod eis natura dedisset: inquirerent, hi Philosophi erant: q summum bonũ in uoluptate ponebant, summum malũ in dolore Hos igit uidendi magno desiderio captus est Alexãder: & inter cæteros Calanus quidam p̃stare audiebat: cum hoc maximam familiaritatem iniuit Alexander: & eum secum adduxit, sed cum anno uitæ suæ, lxxiii, ad eos dolores forte peruenisset: ut eos ulterius ferre non posset: nã aluo uexabatur: rogum sibi struxit: & aurea lectica superimposita incubuit stramentis opertus ut eos aufugeret: in quibus summũ malũ statuebat: deinde Macedones obsecrauit: ut illũ letitiæ diem cũ rege simul potantes exigerent: quem paucis post diebus Babylone uisurum se dixit: atq; ita breui futuram Alexandri mortẽ prædixit: qui Babylone periit: sicut suo loco dicemus. Alexander uero mortuo calano conuiuia celebrari iussit, sed anteq̃ moreretur: eũ rogauit: si quid uellet ut diceret, q nihil aliud respondisse fertur nisi te prope diem, Babylone uidebo. Cice. lib. de diuinationis. i. Calanus indus cum descenderet in rogũ ardentem, o præclarum inquit discessum e uita: cum ut Herculi contigit mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. Cũq; Alexander eũ rogaret si quid uellet ut diceret: optime inq̃t, prope diem uidebo te, quod etiam contigit. rursus de hoc Calano mentionem facit libro secũdo Tuscu. quæstionum, & Stra. in descriptione indiæ plurima de his Gymnosophistis atq; calano. ℣ Tyrus, ciuitas phœnicie inter omnes memoranda teste Curtio.

OLI.

Alexãdro p̃dicta mors.

Tyros op. OLI.

De Calano.

QVæ tã ptinax necessitas ĩ patre & filio Alexãdro cõsimilis apparuit. Siq̃dẽ Calanus indus sua sponte se ardentissimo rogo superiacturus: interpellatus ab eo: ecq̃d aut mandaret: aut dicere uellet: breui inq̃t te uidebo, nec id sine cã: qa uolũtariũ eius e uita excessũ rapida mors Alexãdri subsecuta est.

De quodam remige.

REgios interitus magnitudine miraculi remigis casus æquat: quem ĩ littore tyriorum sentinam haurientem cum e naui fluctus abiecisset: altero latere repercussum cõtrarius fluctus in naue rettulit. Itaq; miseri simul ac felicis comploratione permixta fuit gratulatio.

De Prusia filio regis Bithyniæ.

QVid illa nõne ludibria naturæ in corporibus humanis fuisse credẽda sunt? tolerabilia quidem quia sæuitia caruerũt: cæterũ & ipsa miraculis annumeranda. Nam & Prusiæ regis bithyniæ filius eodem nomine quo pater: pro superiori ordine dentium unum os æqualiter extentum habuit: nec ad spẽm deforme: nec ad usum ulla ĩ parte incõmodum.

De filia Mithridatis.

MIthridatis uero regis filia Dripetine Iaodices reginæ nata duplici ordie dẽtiũ deformi admodũ: comes fugæ p̃is a Põpeio deuicti fuit.

De Linceo.

NEc illius quidem paruæ admirationis oculi quem constat tam certa acie luminum usum esse: ut a lilybæo portu: cartaginensium egredientes classes intueretur. Oculis eius admirabilius Arithyniorum regis Prusias. Abbreuiator. Prusias inquit rex Bithyniæ omnium humillimorum fautor atq; uitiorum: a Nicomede filio: adiuuante Attalo rege Pergami occisus est. Habebat alium filium: qui pro superiore ordine dentium enatum habuisse unum os continens dicitur Plinius libro septimo naturalis histo. Aliqui uice dentium continuo osse uno gignuntur sicut Prusiæ regis Bithyniorum filius suprema parte oris. ℣ Ad usum. Ad utendum, nam ita commode epulabatur: sicut cæteri qui in plures partes diuisos habent dẽtes. ℣ Mithridatis. regis ponti hostis Populo Romano ad quem debellandum primo Sylla, deinde Luculus, postremo Pompeius missus est: qui bellum illud confecit. Hunc igitur post profligatum exercitum fugientem filiã hanc comitatam fuisse Cicero dicit.

OLI.

NEc illius quidem paruæ admirationis. Hunc Solinus Strabonem nominatum fuisse tradit quem Varronis testimonio centum triginta q̃q; millia passuum prospexisse dicit, solitumq; exeuntem a carthagine classem punicã numerumq; nauium ex lilybetana specula manifestissime notare, quod idem testatur Pli. lib. vii. natu. histo. Cice. tradit iliadem oẽm ita subtiliter in mẽbranis ab hoc scriptã:

Lily/bæũ

ut testa nucis clauderet. ℣ Oculis. Hũc linceis oculis fuisse dicũt. ℣ A lilybæo portu. s. Siciliæ, nam lilybeum ꝑmõtoriũ est Siciliæ: multũ ãt a Sicilia ad carthaginẽ distare dr̃: & ut tradit Solinus centũ trigintaqnq; milia passuum intersunt. ℣ Admirabilius Aristomenis. Athenienses cũ messenis bellũ graue & lõgũ gessere, messenioꝝ dux fuit Aristomenes: qui tanta calliditate fuisse dicit: ut sæpe athenienses deciperet, quoꝝ sæpe urbem ingressus: & aliquando captus: atq; in uincula coniectus calliditate sua aufugerat quod cũ semel atq; iterum & tertio fecisset: cõstituerunt athenienses illum rursus captum interficere: qd' etiam fecere, sed admirati uersutiam hominis uoluerunt eius capti & occisi cor inquirere, qđ execto corpore pilosum inuenerunt. ℣ Pilis refertum, ná q pilis abundant solẽt astutiores esse.

stomenis messenii cor: quod athenienses ob eximiam calliditatem exectum: pilis refertum inuenerũt. quum eum aliquoties captum astutia elapsum cæpissent.

THE. ℂ Quod Athenienses, Herodo, Plutarchus: Rhianus: Polyenus: Pausanias: & Stephanus in mentione ciuitatis Andaniæ tradit a Spartanis exectũ: nec aliter historiæ fidem cõstare Ianus existimat. Itaq; corrige lacedæmones.

De Antipatre poeta sidonio.

OLI. ET poeta antipater: Hic quo die natus erat eodem semper febri laborabat omnibus annis: & cum diu uixisset: postq̃ ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset: eo die & eodẽ genere morbi consumptus est. ℣ Patrimonii possidendi, quia comiter possidebãt patrimonia a parentibus relicta: & ex his comiter impensas faciebant, studiorum quibus operam dabant. ℣ Tam æqualem, Quis inquit hanc concordiam & amicitiam ac societatem deo non tribuit. ℣ Liberis sicut in filia Mithridatis. ℣ Aut ĩ rege. s. prusia. ℣ Viris eruditissimis, Polystrato & hippoclide. ℣ In uate: scilicet Antipatre. ℣ Homine sortis ignotæ. s. Strabone: qui tam acutam aciem habuit. ℣ Omnis bonæ: quia ex natura bona & mala omnia comparantur secundum philosophoꝝ scientiam quoꝝ Plato princeps est qui dicit: nihil nisi ex ante subiecta natura procreatum esse: quod a nostra religione alienum est: nam deus omnia ex nihilo creauit, sed naturam possumus accipere naturantem: & non naturam naturatam. ℣ Ne ipsa quidem, ne dum Philosophi qui rerum naturalium scientiam habuerunt.

Natura bonæ materiæq; artifex

ET poeta Antipater sidonius omnibus annis uno tummodo die quo genitus erat febre implicabat': cunq; ad ultimã ætatẽ peruenisset: natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

De Polystrato & Hippoclide Philosophis.

HOc loco apte referantur Polystratus & Hippoclides Philosophi eodem die nati: eiusdem præceptoris Epicuri sectam secuti: patrimonii etiam possidendi alendæq; scholæ cõione coniuncti: eodemq; momento temporis ultima senectute extincti: tam æqualem fortunæ pariter atq; amicitiæ societatẽ qs nõ ipsius cœlestis concordiæ sinu genitam nutritam & finitam puter? Quapropter hoc: potissimum fuerit aut in liberis potentissimi regis: aut in rege clarissimo: aut in uate ingenii florentis: aut in uiris eruditissimis: aut in homine sortis ignotæ: ne ipsa quidem omnis bonæ malæq; materiæ fecũda artifex reꝝ: rationem reddiderit natura.

OLI. NOn magis, Non magis inquit rationem reddere possem: cur hæc miracula in eiusmodi hominibus natura esse uoluerit. ℣ Quã qui, p quomodo. ℣ Sylueſtres capreas, Plin. lib. xxv. ceruas non capreas dicit. Simplicius inqt Ceruæ monstrauere Elaphoboscon: de qua diximus. Itẽ elsinem a partu dictam: ostendere ut indicauimus: dictamũ uulneratæ eo pastæ statim decidentibus telis. nam lib. viii. dixerat dictamum herbam extrahendis sagittis monstrauere percussæ eo telo pastuq; eius herbæ electo. ℣ Capreæ,

Capreæ

NOn magis q̃ q ita sylueſtres capras Cretæ genitas tantopere dilexerit: quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbæ dictami tantum non suis manibus deducit: efficitq; ut cõcepta ea continuo & tela & uim ueneni uulneribus respuãt. aut

sunt capreæ Sylueſtres & capræ domesticæ: sed in Creta capreæ Sylueſtres confixe sagittis si modo periculum instantis mortis euadere possint per se ad dictamum herbam confugiunt. qua gustata & tela uim ueneni repellunt: quod quidem a secreta quadam nature ratione proficiscitur auxilium dictami. Dictamus penultimam producit. Virgi. li. xii. Dictamum genitrix cretea carpit ab ida. ℣ Tãtũ non. i. ferme inquit ipsa natura suis manibus eas deducit ad remedium dictami saluberrimum. ℣ Concepta, comesta. ℣ At in Cephalenia: Pli. lib. vii. constat in lusitania circa Vlysiponem oppidum & tagum amnem equas fauonio flante obuersas animalem concipere spiritum: idq; partum fieri & gigni pernacissimum ita sed triennium uitæ non excedere: quod etiam beatus Augusti. confirmat lib. de ciui. dei. ℣ equæ uidelicet ore aperto uentos excipientes concipiant. unde Vir. Sic omnes uersæ in Zephirum stant rupibus altis. exceptantq; leues auras. & sæpe sine ullis coniugis uento grauidæ: mirabile dictu. Solinus in proximis inquit Vlysipponis equæ lasciuiunt mira fœcunditate. nam aspirante fauonii uẽto cõcipiunt & sitientes uiros aurarum spiritu maritantur. Varro quoq; dicit: In ulteriore Hispania uerno tempore equas nimio calore commotas contra frigidiores plagas & uentos ora patefacere ad sedandum calorem & eas exinde concipere: edereq; pullos licet ueloces diu tamen minime duraturos. ℣ Ex alto, quia in edito loco consistunt ut uentos commodius capiant. Vnde Vir. Stant rupibus altis. ℣ Aut hoc etiam. Solinus commemorat tẽplum Crotonæ esse Iunoni consecratum cuius ara exposita est aperto aeri: ita ut ab omni regione uenti perflantes

in eam ſpirare poſſint:& tamen illic cinerem ſacrorum immobilem permanere. ¶ Quapropter. Nec etiam ratio/nem reddiderim quamobrem natura uoluerit. ¶ Crotonæ. quæ eſt ciuitas Calabriæ:& eſt genitiuus aduerbialiter poſitus:ac ſi diceres Vincentiæ. ¶ In Caleno agro. a calibus quod oppidum eſt in Campania dictum pluraliter hæ cales calium. quia homines inebrientur non ſecus ac ſi uinum bibiſſent. ¶ Licentiæ plurimum uendicari. qui plurimum laboris ſuſtinet:hic debet aliquanto plus licentiæ ſibi cæteris aſſumere. ergo cum tãtus ſit naturæ labor:ut per eam cuncta gignantur non mirandum eſt ſi dum uires ſuas oſtendit tantum ſibi licentiæ uendicat ut plæraq; faciat quorum cauſam hominibus ignotam eſſe uelit. ¶ Gignendi. de natura naturante intelligit. ſed ſi uere intelligitur natura naturans deus é. ¶ A Tito Liuio. Hoc miraculum Liuius narrat in ſecunda decade primi punici belli:quam nos amiſimus. Aulus Gellius li. vi. ca. iii. Tubero inquit in hiſtoriis ſcriptum reliquit bello primo punico. Attilium Regulum conſulem in Aphrica caſtris apud Bagradam flumen poſitis prælium grande atq; acre feciſſe aduerſus ſerpentem inuſitatæ immanitatis. eumq; magna totius exercitus conflictione:balliſtis atq; captapultis diu oppugnatum:eiuſq; interfecti longum corium pedes centum & uiginti Romam miſiſſe Pli. lib. viii. Nota eſt inquit in punicis bellis ad flumẽ Bagradam a Regulo imperatore baliſtis tormentiſq; ut oppidum aliquod expugnata ſerpens centum uiginti pedum longitudinis pellis eius maxillæq; uſq; ad bellum Numantinum durauere in templo. ¶ Apud Bagradã fluuium:qui præter uticam labit. quæ diſtat triginta milia paſſuum a Carthagine. ¶ Vſu amnis. quia nõ audebant appropinquare milites fluuio ut aquam inde haurirent. ¶ Voluminibus:quia lõgitudine caudæ corripiebat milites complures & ita illos præmebat ut nec caret. ¶ Eliſis: diſſipatis: laceratis. ¶ Telorum ictu. nam tela in eum contorta penetrare non poterant. ¶ Baliſtarum tormentis: ideſt machinis quibus ſaxa maiora mittuntur. ſed hoc loco balliſta ſine dubio uidetur ſignificare ſaxum maius quod machina mittitur. & dicit balliſta a iacẽdo. unde lectum eſt etiam balliſtas talẽtarias eſſe: ideſt .lxx. librarum ſaxa. unde hoc loco ſequitur. ſilicũ crebris & ponderoſis uerberibus. ſed balliſta a græcis accipitur pro tormento mœnia concutiente in qua ſignificatione ſæpius inuentum eſt apud poetas Ouidius libro primo de triſtibus. Quam graue balliſtæ mœnia pulſat onus Lucanus pro inſtrumento haſtam quandam iaciente accepiſſe uidetur. cum ait. Neq; enim ſolis excuſſa lacertis Lancea: ſed tenſo balliſtæ turbine rapta. ¶ Procubuiſſe. poſtq̃ tandem tranſfixa ſagitta occubuit.

Cale/no ager

Bagra/da flu.

in Cephalenia inſula quum omnia ubiq; pecora hauſtu aquæ quottidie recreentur in ea pecudes maiores ex parte anni ore aperto ex alto uentos accipientes ſitim ſuam ſedare inſtituerit. aut quapropter crotone in templo Iunonis laciniæ aram ad omnes uentos immobili cinere donauerit potiſſimũ. uel quare alterã in macedonia:alteram in caleno agro: aqua proprietatẽ uini:qua homines inebrientur poſſidere uoluerit. Non admiratione iſta ſed memoria proſequi debemus. quũ ſciamus recte ab ea plurimum licentiæ uendicari penes quam infinitus cuncta gignendi labor conſiſtit.

De mirabili magnitudie & lõgitudine ſerpẽtis.

AT quia ſupra uſitatam rationem excedentia attigimus:ſerpentis quoq; a. T. Liuio curioſe pariter ac facunde relatæ fiat mentio. is. n. ait in Aphrica apud Bagradã flumen tãtæ magnitudinis anguẽ fuiſſe: ut Atilii Reguli exercitũ uſu amnis prohiberet. multiſq; militibus ingenti ore correptis: cõpluribus uoluminibus caudæ eliſis:cum telorũ iactu perfodari nequiret:ad ultimũ balliſtarũ tormẽtis undiq; petitã ſilicũ crebris & põderoſis uerberibus procubuiſſe: omnibuſq; & cohortibus & legiõibus ipſa carthagine uiſam terribiliorem. atq; ẽt cruore ſuo gurgitibus imbutis corporiſq; iacẽtis peſtifero afflatu uicina regiõe polluta:romana inde ſummouiſſe caſtra. dicit belluæ corium. c. xx. pedum longum in urbem miſſum.

¶ Dictami. Dictamus eſt herba paſſim proueniens in Creta de cuius ui inter naturæ miracula refert Ariſtoteles eadem quæ Valerius. apud Aratum mallotes Zenodotus Δικτωσενευωδῆι Dictamum putat intelligendum uel ex eo quod odorum uocat. Ad faciles enim partus hæc herba ſuſternit: unde Euphorion Ilithyias ea coronatas inducit. ¶ In Macedonia. Vitruuius Architecton & Plinius in Paphlagonia. THE.

¶ Valerii Maximi Liber primus ſæliciter finit. Eiuſdem Liber ſecundus incipit. Et primo de Inſtitutis.

OLI. DIues & præpotens naturæ regnū. Incipit nūc ſecūdus Liber in quo ferme hæc omnia continent: inſtituta maiorū: diſciplina militaris: ius triumphādi: cēſoria nota: & uirorū maieſtas. Facit autē p̄fationē: q̄ nos reddit attētos cū oſtēdat q̄bus primo de rebus dicturus ſit: uidelicet de inſtitutis maiorū quæ ad id pertinēt ut uitæ noſtræ præſenti eorū exēplis cōſulere poſſimus. Captat inſuper beniuolentiam ab Imperatore Tiberio: cū dicat: q̄ ſub eius imperio feliciter uiuatur. ad cōfirmādum ſtatum præſentem exempla hæc ꝓficiunt. Vtiq̄ uero tranſitione colore rhetorico: cum q̄bus de rebus dixerit: & de quibus dicturus ſit breuiter oſtendit: poſtq̄ inquit de poteſtate naturæ ſuperiori capitulo diximus nūc de priſcis inſti-

Diues trium gene-rum tutis dicere incipiemus. ℣ Sunt autē inſtituta, mores ratione & conſilio cōprobati. ℣ Diues trium generū eē hoc loco aperte uidemus. ditia uero a dite inuenit. ℣ Iniiciā ſtilum: ſcribere incipiā. nā iniicere eſt immittere: inſerere: imponere. ab in & iacio: q̄ſi intro iacere. Inicia re uero imbuere: ſanctificare: innouare: hoc loco iniicere incipere ſignificat unde iniciū principiū. ℣ Cæterarū. quia non domeſtica ſolum ſed externa quoq; cōmemorabo. ℣ Sub optimo principe. ſ. Tiberio: nec ſine adulatiōe hoc dicit. ℣ Eleméta. principia. unde quattuor elementa rerū omniū primordia philoſophi eſſe uoluerūt: q; ab his gignerent cuncta. & ideo p ſimilitudinē cuiuſlibet rei principiū non abſurde dicimus elementū. ℣ Præſentibus moribus. nā uetera exempla præſentibus auctoritatem præſtant. nam quanto maioris auctoritatis eſſe uidebuntur hi a quibus hæc documenta manauerint: tanto ea etiam nobis uidebuntur eſſe ſanctiora.



Valerii Maximi Liber Secundus.

De Inſtitutis Antiquis.

OLI. APud antiquos: Hoc inſtitutū apud Liuiū lib. i. plane dignoſci poteſt: ubi dicit: non prius regnū acceptū fuiſſe a Numa Pompilio ſecundo Ro. rege q̄ deos auſpiciis ille cōſuleret. Is. n. in loco edito aſcendens lituo ſpacia deſcripſit in cælo ab oriēte: ab occidente: a meridie: a ſeptētrione: proſpiciens quantū oculi ferre poterāt. & partē ab oriente appellauit anticam. ab occidente poſticā: a meridie dextrā: a ſeptentrione ſiniſtrā: deinde cū operto capite ſtetiſſet: animo concepit: q̄ auſpicia & qua parte mitti uellet: quibus miſſis cōtinuo rex creatus eſt & in

Auſpicā di cōſuetudo regnū acceptus. ℣ Auſpicio: ab aſpectu auiū: q; ꝓpter eorū aſpectū intelligebat quid placeret diſpliceret ue diis. ℣ Ipſo tamen nomine. q. eo quod auſpices appellant tametſi auſpicia non petant: apparet tamen eos aliquid ex conſuetudine maiorū q omnibus in rebus auſpiciis utebantur retinere. Vnde Lucānus in receptiōe Martiæ Catonis ait. Contentiq; auſpice Bruto. ℣ Auſpicia. ab aſpiciēdis auibus: ut dixi ſiue præpetibus ſiue oſcinibus. nā præpetes aues erant quæ uolatu ſuo futura prænunciabant Oſcines uero quæ non uolatu tantum: ſed ēt garritu ſignificabant quæ inſtare uiderētur.

OLI. HOeminæ hoc inſtitutū ſatis abhorret a conſuetudine noſtra & indecorū eſt ut uiri cœnantes recubent: quam conſuetudinem adhuc græci ſeruant. cubito enim innixi ſiue proſtrati & iacentes epulantur. ℣ Sedentes. Viri quidem recubabant ſtrati mulieres uero ſedebant. Legitur in uita Catonis q; paulo anteq̄ ſe Vticæ interimeret ſedens cœnauerit quemadmodum poſt ciuile bellū conſueuerat. nam ante niſi cū dormiret ſemp ſtabat uel nunq̄ iacebat. ℣ Cœnitabant: qa ut refert Seruius & Iuue-

DIues & præpotēs naturæ regnum ſcrutatus: iniiciam ſtilū: tā noſtræ urbis q̄ cæterarū gentiū priſcis ac memorabilibus inſtitutis. Opus ē. n. cognoſci huiuſcæ uitæ quā ſub optimo Principe felicē agimus: q̄ nā fuerit elemēta: ut eorū quoq; reſpectus aliqd p̄ſentibus moribus ꝓſit.

De Nuptiis.

APud antiquos nō ſolū publice ſed etiā priuatim nihil gerebat: niſi auſpicio pri9 ſumpto. quo ex more nuptiis etiā nunc auſpices interponuntur: q quanuis auſpicia petere deſierint: ipſo tamen noīe ueteris conſuetudinis ueſtigia uſurpantur.

HOeminæ cū uiris cubātibus ſedētes: cœnitabāt. q̄ cōſuetudo ex hoium cōuictu ad diuina penetrauit: nā Iouis epulo ipſe i lectulū: Iuno

nalis testat: apud maiores prandia non fuerant in usu, unde Iuuenalis: Quis fercula septem secreto cœnauit auus? & sunt qui dicant primũ qui prandii consuetudinẽ in urbẽ Romanã introduxerit: fuisse Mariũ ꝓpter illud carmẽ: Exul ab octaua Marius bibit, ego uero ante Marium & Priscũ & Arpinatẽ prandia in usu fuisse legi. Pli. libro .xxxiii. ubi loquit de .Qu. Aelio tuberone .L. Pauli genero .Qu. Aelium inquit cũ legati ætolorũ in cõsulatu prandentẽ in fictilibus adissent, missa ab his uasa argẽtea non accepisse. Cõstat autem hũc Aelium multo ante fuisse q̃ Mariũ. ℣ Conuictu. Iã tẽporibus Valerii hæc cõsuetudo sensim aboleuerat apud homines: sed in Epulo Iouis ad huc seruabat. erat aũt Epulũ Iouis qd alio nomine lectisterniũ dicebat. In capitolio .n. stratis tribus lectulis conuiuiũ apponebat tribus diis: Ioui: Iunoni: & Mineruæ, uel ut tradit Liuius: sex. ut paulo infra. Iupiter uero .i. simulachrum Iouis statuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in sellis considebant: sed appositis epulis non ipsi dii sed septem epulones conuiuia celebrabãt. Quare autẽ inuenta fuerint lectisternia Liuius libro .v. docet: Dicit .n. grauis pestilensq; omnibus animalibus æstas excepit urbem: cui insanabili pernicie quãdo nec causa nec finis inueniebat: libri Sybillini ex senatusconsulto aditi sunt duumuiri sacris faciundis lectisternia tunc primũ in urbe Romana facta: ꝓ dies octo Appollinẽ, Latonãq; & Dianã: Herculẽ: Mercuriũ atq; Neptunũ: tribus q̃ amplissime tũ apparari poterant stratis lectis placauere: priuatim quoq; id sacrũ celebratũ est tota urbe patẽtibus ianuis: ꝓmiscuoq; usu rerũ omniũ in propatulo posito: notos ignotosq; passim aduenas in hospitiũ ductos ferũt: & cũ inimicis quoq; benigne & comiter sermones habitos iurgiis & litibus teperatũ, uinctis quoq; dempta in eos dies uincula: religioni deinde fuisse: quibus eam opem intulissent uinciri. Augustinus quoq; de ciuitate dei de his mentionem facit. ℣ Conuictu. Alio noie conuiuium dicimus nam a conuiuendo dicitur: eo q̃ inter se conuiuere solent. est enim conuiuere simul uiuere. ℣ Quod genus: ætate nostra inquit cõsuetudo ista minime seruat. ℣ Quia magis. Plus auctoritatis habent exempla dearum q̃ mulierum.

Epulũ Iouis Lectisterniũ

& Minerua in sellas ad cœnam inuitabantur: quod genus seueritatis ætas nostra diligentius in capitolio q̃ in suis domibus seruat. uidelicet quia magis ad rem pertinet dearum quam mulierum disciplinam contineri.

QVæ uno cõtentæ matrimonio fuerãt: corona pudicitiæ honorabant. Existimabãt .n. eũ ꝑcipuæ matronæ sincera fide incorruptũ esse animũ: q̃ post depositæ uirginitatis cubile in publicũ egredi nesciret. multoq; matrimoniorũ experientiã q̃si legitimæ cuiusdã intẽperantiæ signum esse credentes.

De primo Repudio.

REpudiũ inter uxorẽ & uiq; a cõdita urbe usq; ad .C.L. annum nullum intercessit. Primus autẽ Sp. Carbilius uxorem sterilitatis causa dimisit: q̃ q̃q̃ tolerabili ratiõe motus uidebat. reꝑhensione tamen non caruit: qa nec cupiditatem qdem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabant.

QVæ uno cõtente matrimonio fuerant. Homines sic existimant id esse uerissimum pudicitiæ signum: uno postq̃ semel tantũ cũ uiro uixerint: & uno cõtentæ marito & ita est ꝓfecto. nã ut inquit Iuuenalis: Ocius illud extorquebis ut hæc oculo cõtenta sit uno. Eiusmodi aũt mulieres q̃ uno tantũ matrimonio cõtentant. græce dicunt .i. monogamæ: unius matrimonii. ℣ Corõa pudicitiæ honorabantur. quasi pudicissime dicerent. ℣ Matronæ. supple quæ non transierãt ad secunda uota. ℣ Sincera fide: pura sincerum dicitur purum quasi sine cera: sicuti mel purum dicimus quod sine cera est. ℣ Post depositæ uirginitatis cubile: idest post primas nuptias in quibus uirginitas deponitur. ℣ In publicum egredi. nescire publicari. ℣ Legitimæ intemperantiæ. quia licebat quidem secundas uel tertias agere nuptias. sed tamen non sine suspitione fiebat libidinis cuiusdam intemperatæ. & ideo legitimam intemperantiam appellat.

OLI. Monogamis institutus honos Sincerum OLI.

REpudium. Dicit hoc institutũ apud antiquos seruatũ fuisse. ℣ Centesimũ & quit: quagesimũ annum. Aulus Gelius dissentit a Valerio lib. iiii. cap. iiii. Dicit .n. memoriæ traditũ est quingẽtis fere annis post Romã conditã nullas rei uxoriæ neq; actiones neq; cautiões in urbe Romana: aut in latio fuisse: quoniã ꝓfecto non desiderabant. nullis etiã tũc matrimoniis diuertẽtibus: Seruius quoq; Sulpitius in liquẽ cõposuit de dotibus: tũ primũ cautiones rei uxoriæ necessarias uisas esse scripsit: cũ Spurius Carbilius cui ruga cognomentũ fuit: uir nobilis diuortiũ cũ uxore fecit: qa liberi ex ea corporis uicio nõ gignerentur: anno urbis conditæ qngentesimo uigesimo tertio. M. Attilio. P. Valerio cõsulibus: atq; is Carbilius traditur uxorem quam dimisit ægregie dilexisse: carissimãq; moꝛ eius gratia habuisse: & iusiurãdi religionẽ animo atq; amori præuertisse: q̃ iurare a censoribus coactus erat: uxorẽ se liberoꝛ habendorũ gratia habiturũ. alio loco dicit idem Gelius hoc diuortium fecisse de amicorum consilio q̃ sterilis esset. Dionysius. Quod autem lex ait: hæc de mulieribus pulchre se habuerit testis fuit diuturnitas. cõstat enim intra quingentos uiginti annos nullum Romæ fuisse diuortium centesima & tricesima Olympiadæ consulibus. M. Pomponio: &. C. Papirio: q̃ primus uxorem suam dimisisse dicitur Spurius Carbilius uir non obscurus iurare coactus a censoribus liberorum gratia se matrimonium colere. erat autem ei coniunx sterilis quo tamen facto q̃q̃ ob necessitatem populo inuisus fuit. ℣ Sterilitatis causa. Vitio corporis: q̃ uidelicet filios non conciperet. ℣ Vocati. sutro q̃uis nonnulli diuortium fecerint: hoc tamen institutum seruauere: ut matronarum corpora q̃ in ius uocarentur ab obstetricibus nõ pertractarentur ut pudicitiæ decus inuiolatum maneret. hoc autẽ fiebat quando mulier q̃ sterilis esse dicebatur: nõ sua causa hoc fieri dicebat: & ideo adhibebantur obstetrices quæ illius corpus pertractarent: sed earum quæ in ius uocabantur

nō pertractabant. ℣ Inuiolata stolæ. Nolebant ne uestem quidem attingi mulieris in ius uocatæ: ut honor mulieris omnino seruaretur: & stolæ: casus nominatiuus est & græcum hæc stolæ huius stoles: & est proprie uestis muliebris ad talos usq; demissa.

THEOLI. ℣ Centesimum. Vigesimum legendum uidetur. ex Dionysio: Seruio: Sulpitio: Gellioq;.

VIni usus. Hoc institutū qđ apud maiores fuit non memoria solū: ueꝝ etiā laude uidet esse dignissimū q; mulieres Ro. sine usu uini fuerint: idq; Valerius ualde probat: sicut & probandū est. hoc aūt iō censuerūt. qa uidelicet ad incōcessam libidinē pximus sit gradus: nam ubi uino calent mulieres facile labunt in libidiné: unde Terē. sine cerere & baccho friget uenus. putabāt ergo mulieres pudicas esse posse si uino se abstinerēt: & sine dubio uinū est magnū libidinis irritamentū: unde Aulus Ge. de noctib⁹ atticis dicit: nō minori pœna affici cōsueuisse mulieres: q̄ uinū bibisse depræhenderent: q̄ si aut pbrū: aut adulteriū cōmisissent. pœna aūt capitalis erat. Dionysius quoq; li. i. Delinquēs inqt uxor in aliquo iudicē & magnitudinis pœne dominū sortiebat eū q lesus erat. cognati nāq; simul cū uiro de his iudicabāt in q̄bus erat corpis corruptio de eo q; peccatoꝝ oium uidet græcis minimū: siqua inuenta esset mulier uinū bibens nā utraq; hæc mulctari morte cōcessit Romulus: Metellus qa uxorē uinū bibisse deprehēdit: eā interemit. Romæ āt & in uniuerso latio: uino qđ prisca lingua temetū appellat: mulieres abstinebāt: unde ēt abstemiæ dictæ sunt lauretā: paſſum murenā: p uino bibebāt: cognati eoꝝ osculū afferebāt: ut si uinū bibissent deprehēdere possent. ℣ A libero patre intemperātiæ. Ex ebrietate pficisci libido. ℣ Libero. Baccho: nā liber ille uidet esse q uini aliquāto plus sumpserit q̄ necesse foret: utpote oia sibi licere existimans: & hic liber nomē accepit. ℣ Comitatis genere tēperata eēt indulgē. Suauitatis seueritas & remissio duæ sunt extremitates: comitas media est inter utrāq; nam ois uirtus semper medio duaꝝ extremitatū posita ē: seueritas ē cū aliqs ne punctū qdē a ueritate discedit. Remissio cū oia ai q̄dā oblectiōe remittit: comitas utrāq; tēperat extremitatē: nā & si seueritas uirtus ē: nō tñ usq; adeo ad calculū redigēdi sunt mores. ℣ Cōciniorem. Conuenientiorem. specioriorē: nec a cano deducitur ut quidā existiment: qđ si esset concinus penultimam breuem haberet quæ longa est: sed cinus erat potionis genus quod e diuersis rebus fieri solebat: q̄ rerum uarietas suauem potionem reddebat: unde concinū dicitur conueniens & congruū. & concinare significat facere. Plautus auceps priusq̄ escam effundit concinauit areā. ℣ Capillos cinere rutilarūt. Hanc cōsuetudinem & mulieres: nostræ facile seruant ut cinere calefacto rubicundos capillos reddant. ℣ Rutilarunt. Rubicundos reddiderunt: nam rutilū dicimus rubicundum fulgidū clarū coruscum inde Rutilare fulgere rubicundū fārere. ℣ Nōnulli. n. Occurrit tacitæ q̄stioni: qa diceret aliquis hoc uiros uxoribus nō debuisse pmittere q̄ fortasse his ornamētis formosiores factæ: amores alioꝝ i se elicere potuissent: & iuuenū aios sollicitare: respondit ergo Valerius dicens iō concessisse uiros mulieribus hūc ornatū quia adulteros non metuebant. ℣ Tunc. Illis tēporibus cū pudori maximus honor habebat. ℣ Subsessorū. Insidiatoꝝ subsessor proprie dī q delitescit ad aliū occidēdū p insidias: nā subsidere dicunt qui uias obsidēt ut per insidias uiatores intercipiant. Vir. subsedit adulter: unde hoc loco p oppressoribus alieni Thori accipitur & est substātiuū nomē subsessor. soris. ℣ Videre &. Hæc duo custodiebant mutuo Pudore: ut & mulieres Castæ uiderent Adolescentes & pariter Castæ uiderent Ab ipsis. ℣ Inuicē locuti: Vt uerbi gratia si dixissent: nō recte feciſti q̄ me uerbo læsisti: nec tu qdē q̄ male respondisti: sed hoc tibi remitto uir inquit. & itē ignosco tibi ait uxor: & hoc modo placati inde discedebāt. ℣ Quottidianæ: qa sæpe accidere solet ut inter uiꝝ & uxorē aliqd oriat nō satis sincereꝝ. ℣ Inq; pari iugo. Cōiūctiōe & pari copula uiri & uxoris. & bene pari qa q̄tū uir uxori tātū & uxor uiro debet. ℣ Sui appellatiōe: q̄ partē uiroꝝ & partē cōtinet fœminaꝝ: nā in eo qđ dicit uiri ptē ostēdit uirilē. in eo q; uniuersum nomē fœminini generis est: partē cōtinet mulieris: habet igit appellationē fœminini generis: sed & masculinū

Liber unde Bacchus

Subsessor Subsidere

SEd quo matronale decus uerecundiæ munimēto tutius esset in ius uocanti matronam: corpus eius attingere non permiserunt: ut inuiolata manus alienæ tactu stola relinqueretur.

De usu uini mulieribus interdicto.

VIni usus olim Romāis fœminis ignotus fuit. ne. s. in aliquod dedecus prolaberentur. quia proximus a libero patre intemperantiæ gradus ad inconcessam uenerem esse consueuit.

CAeterū: ut non tristis eaꝝ & horrida pudicitia sed honesto comitatis genere tēperata eēt indulgentibus maritis: & auro abundanti & multa purpura usæ sunt: & quo formā suam cōciniorem efficerent summa cū diligentia capillos cinere rutilarunt. Nulli. n. tunc subsessores alienorum matrimoniorum oculi metuebantur: sed pariter & uidere sancte & aspici. mutuo pudore custodiebantur.

De Sacello deæ Viriplacæ.

QVoties uero iter uiꝝ & uxorē aliqd iurgii intercesserat in sacellū deæ Viriplacæ: qđ ē in palatio ueniebāt: & ibi inuicē locuti q̄ uoluerant: cōtentione aiorū depositā cōcordes reuertebant.

DEa nomē hoc a placandis uiris assecuta fert: uenerāda qdē & nescio an pcipuis & exq̄sitis sacrificiis coléda. utpote quottidiānæ. ac domesticæ pacis custos: ī pari iugo charitatis ipa sui appellatiōe uiroꝝ maiestati dbitū ac fœminis reddés honorē.

inclusum. ℣ Necessitudines. Necessitudo dr̃ cõiũctio tã sanguis q̃ amicitiæ plærũq; ẽt necessitatẽ significat. ℣ Cõsentanea: Cõgrua. cõueniẽs. ℣ Ná mi. Hoc inqt exẽplo maxio põt eẽ idicio: q̃to in honore habita fuerit pudicitia. ℣ Minimo: qa res q̃uis minima sit tñ uim maximã hẽt. ℣ Filio pubere: filio adolescẽte. é. n. puber q ad adultã ætatẽ puenit q̃. xiiii. anno terminat̃ a pube. i. corpis pudẽtia dictus q; ea loca tũc primũ lanuginẽ ducũt: q tũc puberes eẽ putabant̃ cũ. xiiii. annũ ipleuerint: q̃uis alias nũdũ pubescãt: tũc tñ ex habitu corpis pubertatẽ ostẽdũt. & generare possunt: dr̃ ẽt pubis unde eius cõpositũ hic & hæc ipubis Virgilius pubis Iuli dixit. pubes uero collectio iuuenũ hoc est iuuẽtus: ut studiosa pubes: ipsa quoq; ætas pubes dr̃: & pubertas. pubes lanugo barbæ: ps pudẽda corpis C. li. officio. i. c. de uerecũdia. q inqt more nr̃o uenustius cũ parẽtibus puberes filii cum soceris generi non lauant̃: retinẽda é igit̃ uerecundia huius generis p̃sertim natura ipsa magistra. ℣ Nudare: Deponere uestimẽta: q̃bus depositis quodãmodo pudorẽ deponebant: sicut scribit Hesio. mulier simul cũ uestẽ pudorem exuit. ℣ Sanguini: ad id refert̃ qui dixit pater cum filio non lauabatur. ℣ Affinitati: ad id quod gener cum socero. Necessitudo Cõsentaneũ

Aliud institutum.

HIuiusmõi inter cõiuges uerecũdia. q̃d iter cæteras necessitudines nõne appet cõsentanea: nã ut minimo idicio maximã uim eius significẽ: aliq̃diu nec pr̃ cũ filio pubere: nec socer cũ genero lauabat̃. Manifestũ igitur est tantũ religionis sanguini & affinitati: q̃tũ ipsis diis immortalibus tributum: quia inter ista tam sancta uincula: non magis q̃ in aliquo sacro loco nudare se nefas esse credebatur.

De conuiuio cognatorum.

CONuiuiũ ẽt solleẽne maiores istituerunt idq; caristia appellauerũt: cui præter cognatos & affines nẽo iterpõebat̃: ut siq̃ iter necessarias p̃sonas q̃rela eẽt orta: apud sacra mẽsæ & inter hilarita tem aiorũ fautoribus concordiæ adhibitis tolleretur.

De honore impenso senibus a iuuenibus.

SEnectuti iuuẽt9 ita cumulatũ & circũspectũ honorẽ reddebat: tãq̃ maiores natu adolescẽtiũ cões pr̃es eẽnt. quo circa iuuenes senatus die utiq; aliquẽ ex patribus. C. aut ꝓpinquũ aut pr̃nũ amicũ ad curiã deducebãt affixiq; ualuis expectabãt: donec reducẽdi officio ẽt fungerent̃ q̃ q̃dẽ uolũtaria statiõe: & corpa & aios ad publica officia sustinẽda ipigre corroborabãt: breuiq; ꝓcessu moraq; i lucẽ uirtutũ THE. OLI. Cõuiuii genera

CONuiuiũ ẽt solleẽne: Triplex é cõuiuiũ. s. philosophicũ: cui tñ philosophi & sapiẽtes iterfunt de scientiis disputantes alteq; politicũ. i. ciuile q̃d fit a ciuibus: & ad hoc iuitant̃ affines & cognati: fit ãt maxie in festis solẽnibus: utputa in festis natiuitatis & similib9: tertiũ uulgare appellat̃ q̃d a uulgaribus fit. sed de politico loqt̃ hoc loco. quot ãt debeãt eẽ cõuiuæ. A. Gelius declarat li. xiiii. ca. x. Solẽne a solo & ãno dr̃ solẽnis q̃d semel i anno celebrari cõsueuerit: sæpeẽt ꝓ singulari accipit̃. ℣ Caristiã: gratificatione a græco deducit̃: nã gratifico significat. ℣ Interponebat̃: Nemini itereſſe licebat. ℣ Necessarias: necessitudine cõiunctas: nam illos necessitate coniũctos dicimus q uel amicitia uel ꝓpinqtate uel affinitate copulati sũt. ℣ Sacra mẽsæ. i. epulas. nã oia q̃ mẽsis apponũt̃ sacrata putabãt̃: qa ex his añq̃ uescerẽt̃ primitias sp deo offerebãt. ℣ Fautorib9. s. cognatis & affinib9 & qa erãt iter se sãguie ꝓiũcti: iõ fauebãt potiꝰ ꝓcordiæ.

OLI. Senectuti habit9 honos

SEnectuti: ita inqt adolescẽtes i honorẽ habuere senes: ut cõmunes adolescẽtib9 pr̃es eẽ uiderent̃: ná ut inqt Geli9 nulli rei maior honos tribui q̃ ætati solit9. Maioresq; natu a miorib9 colebant̃ ad deũ ꝓpe & parẽtũ uicẽ: atq; oĩ i loco oĩq; spẽ honores priores potioresq; habiti sunt. a cõuiuio quoq; ut scriptũ est in antiqtatib9: seniores a mioribus domũ reducebant̃: eũq; morẽ accepisse Ro. a lacedæmõiis traditũ é apd quos Lygurgi legib9 maior oĩum req; honos maiori ætati hẽbat̃. sed postq̃ Soboles ciuitati necessaria uisa ẽ & ad ꝓlẽ ppli frequẽtãdã p̃miis atq; iuitamẽtis usus fuerit. tũc añ lati q̃busdã i reb9 q uxorẽ q liberos hr̃ent: seniorib9 neq; liberos neq; uxores hũtib9 sicuti capite legis Iulie priori & cõsulib9 fasces sumẽdi ptãs sit. nõ q plures ãnos nat9 é: sed q plures liberos q̃ collega aut i sua ptãte hẽt: aut bello amisit sed si ꝓ utrinq; nũerus liberoq; ẽ: marit9 aut q i nũero maritoq; ẽ p̃ferẽt̃. si uero ãbo mariti & pr̃es totidẽ liberoq; sunt tũ ille pristinus honos ĩstauraẽt̃: & q maior natu é prior fasces sumit. sup his ãt q & Cælibes ãbo sunt: aut parẽ numeq; filioq; habẽt: aut mariti sunt: & filios nõ hũt nihil scriptũ in lege de ea re ẽ: solitos tũ audio q lege potiores eẽnt fasces primi mẽsis collegis cõcedere: aut lõge ætate prioribus nobilioribus multo aut scdm cõsulatũ ineuntibus. ℣ Cumulatũ. Plenũ ꝓfectũ amplũ. ℣ Circũspectũ. Honorabilẽ. q̃d omni ex parte diligẽter obseruarẽt. ℣ Quo circa iuuenes: Quo senatus haberẽt̃ uidelicet seniores cũ curiã cõgregabant̃. ℣ Patribus cõ. Multi sunt q existimãt oẽs senatores ab initio cõstitutæ curiæ pr̃es cõscriptos fuisse appellatos. q; oẽs uno tpe simul scripti eẽnt sed uehemẽter fallũt̃. ná ut tradit Li. Romu. ab initio curiã instituit. & cẽtũ delegit senatores. siue q; nũerus ille sufficere uidebat̃: siue q; plures nõ erãt q delegi possent: deinde cũ iperiũ Ro. auctũ eẽt. & opus eẽt pluribus cõsultãtibus: alii cẽtũ additi sunt: regnãte Tarquinio Prisco. q supioribus additi sunt appellati conscripti. i. cũ aliis scripti: deinde ꝓcedẽte tpe oẽs cõscripti fuere appellati: pr̃es ãt dicti: q; nõ sec9 p̃riæ curã habebãt q̃ pr̃es filiis habẽt. senatores uero a senectute. ℣ Affixi. ostẽdit diligẽtẽ curã adolescẽtũ ut nec pũctũ q̃dẽ horæ a ualuis discederẽt. affixi ergo inherẽtes. ℣ In statiõe. Appellat expectationẽ illã q̃dã stationẽ nõ statiões loca sunt ante fores castroq;. ubi stare custodes castroq; cõsueuerũt. & a scãdo dictæ sunt statiões q̃q̃ & ipi custodes statiões sæpe uocant̃. Statio quoq; ubi ad tps stãt naues: ná portꝰ é. ubi hiemãt

in motus ab accessu uētoꝝ, uolūtaria ät dicit ad differētiā statiōis castroꝝ nā sorte excipiebant q custodias facerēt & sicut illa fortuita, i. sorte ita hæc uolūtaria statio erat. ℣ Corpa. Ad sustinēdos labores. ℣ Alios. Ad pseuerantiā.

Medi/tatio

℣ Impigre. prōpte. strenue. ℣ In lu. in māifestatiōe. ℣ Meditatiōe. Exercitatiōe nā græci dicūt. qđ nos medi/tor. inde meditatio. qui adolescētes pricipiū alicuius actiōis ineūt anteq ad rē ipsam tractādā ueniāt: nō nihil ingeniū suū & uires exercebāt & appellat meditatio. i. exercitatio: ut cū iuuenes in cāpo Martio exercebant equū ascēdere. iaculū mittere. cursu: palestra cōtēdere & hæc q̄dā p̄ludia dicebant. i. meditatiōes. ℣ In lu. cū tps eēt i quo uirtutes suas ostētare possent. ℣ Ipsi doctores: qa magno in honore senes habebant & ea p/sequebātur quæ ad maiestatem eorum uene/randā pertinebant doctores efficiebantur.

OLI.

NVitati ad. hoc quoq; īstitutū ser/uabat ut si ad cœnā iuitati fuisset uel a ꝓpinq; uel a sodalib⁹ priusq̄ discūberēt diligēter suscitarent: q nā eēnt uēturi ad cœnā ne discūbēdi officio se nē quēpiā p̄uenirēt. ℣ Ne se. ne anteq̄ seniores uenissent & suo q̄sq; loco discubuissent eos di scubitū p̄uenirēt qđ eis ñ mediocri uitio ascri bi intelligebat. ℣ Mēsa. i. secūda nā duab⁹ mē/sis tm̄ maiores utebant: una carniū altera po/moꝝ. Vir. & mēsæ grata secundæ. ℣ Priores. Nr̄is tpibus contrariū est. nā iuniores priores surgunt. ℣ Ex quibus: Ex hac diligentia appa/ret q̄ moderati fuerint in sermone.

Mēsæ duæ

OLI.

MAiores na. Diligētes qđē erāt iuue/nes i uenerādis senib⁹. at nō mun⁹ iformādis ad capessendas uirtutes iuuenib⁹ studiosi diligēteq; senes erāt idq; exēpla uiroꝝ illustrium p̄teritoꝝ & eoꝝ clarissima gesta. ℣ At ti. ubi erāt tibicines q cāebāt p̄claroꝝ uiroꝝ res gestas. Cato i ori/ginib⁹ dicit solitos eē i epulis cāere q̄uias ad tibicinā de claroꝝ uiroꝝ uirtutib⁹. idē Tulli⁹ li. i. Tusculanaꝝ qōnū. sero igit poetæ nr̄is uel agniti uel recepti: q̄q̄ ē i originib⁹ solitos eē in epulis cāere cōuiuas ad tibicinē de claroꝝ ho minū uirtutib⁹. Itē eodē li. q. iiii. nā cū carmini b⁹ soliti illi eē dicant & p̄cepta q̄dā q̄ occulti⁹ tradere: & mētes suas a cogitationū itētiōe cā/tu fidelibusq; ad trāq̄litatē traducere grauissi/m⁹ auctor i originib⁹ dixit Cato. morē apud maiores hunc epularū fuisse ut deinceps q ac/cubarent canerēt ad tībiam claroꝝ uirorū laudes atq; uirtures carmine cōprehensa q̄ carminibus celebrata erāt. ℣ Pāgebant. Canebant. ℣ Alacriorem. Promptiorem æmulationē: quasi quadā inflāmanti animi adhortatione.

Tibicē in epulis

OLI.

VId hoc: Cōmēdat hāc maioꝝ ꝓsuetudinē. ℣ Pubertas: adolescētia. puber ēt dī ille q primā barbæ lāu/ginē mittere cœpit. græci Iulō appellāt. uñ Iuli⁹ dict⁹ ē Ascāi⁹. ℣ Cāis: seniorib⁹: & iuuenes seniores ob seruabāt: ut senes uicissī iuuenes ad honores ꝓuehebāt. ℣ Defūcta alī effecta. i. uiribus exhausta. ℣ Ingre/diētes: q ingrederēt uitā agēdis reb⁹ occupatā & ubi op⁹ aliqd agēdū erat. ℣ Vitā aci q̄ rēp. admīstrar & honores gīie cœpissēt. ℣ Athēas. qa ꝓstat athēas urbē fuisse nobilē ex q artis disciplīa manauit ad nr̄os. ℣ Quā sc. philoꝝ. q p̄ceptis uitā hūanā īstituūt: & scribit schola p aspiratione teste Festo. nā ꝓuaco deducit qa cæteris reb⁹ omissis studiis liberalib⁹ uacar pueri debēt. ℣ Quæ ali. stu. Notāda cōstructio cū dixeris aliēigēa q̄si declinet aliēigēus na. nū. qđ ātiquoꝝ fuit: nūc tm̄ hic & h aleigēa. ℣ Inde ori. q. ita sit res ipa declarata: ab hac. n. uiri p̄stātis/simi nati sūt q ipiū pepere ro. ℣ Camilli. Similes camillo & cæteris. ℣ Ne si. lō. si. i. dicēdo. q. d. ut uno ꝓcludā uerbo.

Schola

OLI. Arca/na

ADeo ät ma. q̄ amātissimi reip. fuerit ro. ex hoc īstituto dēphēdit q. q̄ i senatu decreta fuissēt arcana tene/bant. ℣ Arcana secreta. cōpōit ab arca: nā sicut q̄ reponunt i arca secreta sunt ita arcana cōsilia dicīus q̄ in pectore ueluti arca cōcludunt. ℣ Tertio. p. b. sæpi⁹ agitatū ē de tertio pūico bello. & tertio dixit. quia fuit primū & fm. primū qđ cōfecit. C. Lutati⁹ i quo. M. A. Regul⁹ capt⁹ fuit & graui supplicio affectus: fm cui finē īposuit Scipio aphricāus supior. tertiū. P. Scipio Aphricāus iferior cōfecit. cōstat sæpius agitatā fuisse hāc rē i senatu: qa duo p̄stātissimi uīri inter se dissentiebāt. Cato. s. &. P. Scipio nasica: nā Cato sentiebat bellū iferē/dū & succedēte uictoria euertēdā eē carthaginē q̄ sæpe fœdera frāgeret totiēsq; rebellaret. At Scipio cōtra reliquē dā eē ut bellū illud exercitatio q̄dā foret iuuētuti ro. q̄ bellis assueta ociosa eē nullo mō posset. ℣ Verebat. n. id futu/rū qđ euenit: ne subacta carthagine: debellatisq; exteris gētib⁹ cū deessent hostes: in seipsos arma cōuerterēt. tñ se/cundū Marci Catonis sententiā factū est senatusconsultū. ut bellū carthaginēsibus inferretur: & subacta carthago

Meditatio

suaꝝ uerecūda laboris meditatiōe ipsi doctores erant.

NVitati ad cœnā diligēter q̄rebant q nā ei cō/uiuio eēnt interfuturi: ne senioris aduentū di/scubitu ꝓcurrerēt sublataq; mensa priores cō surgere & abire patiebant: ex qbus appet cœnæ quoq; tpe q̄ ꝓco & q̄ modesto sermōe his p̄sētib⁹ soliti sit uti.

De maioribus dātibus exēplū uirtutis iuuenib⁹.

MAiores natu in cōuiuiis ad Tibias egregia su/perioꝝ opa carmie comphēsa pāgebāt quo ad ea imitāda iuuentutē alacriorē redderēt.

QVid hoc splēdidius? qd ēt utilius certamie? pubertas canis suū honorē reddebat: defun/cta uiriū cursu ætas: igrediētes actuosam ui/tā fauoris nutrimētis ꝓsequebat: q̄s Athēas? quā scho lā? q alienigena studia huic domesticæ disciplinæ præ tulerim? Inde oriebantur Camilli. Scipiones. Fabricii Marcelli. Fabii. ac ne singula imperii nostri lumina si/mul procurrendo sim longior: Inde inquam cœli gra/tissima pars diui fulserunt Cæsares.

ADeo ät magna caritate p̄riæ tenebāt: ut arca na cōsilia patrū. C. multis seculis nēo senator enūciauerit. Q. Fa. M. tātūmō: & is ipse p̄im prudētiā de tertio punico bello indicēdo: qđ secreto in curia erat actū. P. Crasso rus petēs domū reuertenti in itinere narrauit: memor eū triennio ante q̄storē factū: ignarusq; nōdū a cēsoribus i ordinē senatoriū electū:

euertereturꝫ Cice. in Catone maiore ubi Catonem īducit de ſe loquẽtẽ: ego inqt quom Carthagini iã diu male cogitãti bellũ ſit iferẽdũ multo antea denũciaui: de q̃ uereri nõ deſinã anteq̃ illã exciſam cognouero. ℣ Memor. Dicit q̃re p̃ iprudẽtiã hoc fecerit Fabius: credebat enim hũc in numerũ ſenatorũ electũ: qa meminerat triẽnio ante fuiſſe q̃ſtorẽ: & poſt q̃ſturã patebat aditus ad ordinẽ ſenatoriũ. ℣ Aditus in. ut & ipſi ſenatores curiã ingredi poſſent. ℣ Honeſtus. qa ſe legitime excuſabat q̃ crederet illũ ſenatorem eẽ. ℣ Obiurgatus. icrepitus iurgiũ iter amicos: lis eſt iter inimicos. ℣ Optimũ atq̃ recte dicit: nã cũ aliqd cõſilii capiẽ de gerẽda repub. & p̃ſertim cũ de bello agiẽ fœliciter euenire ſolet ſi ocultum fuerit. Adminiſtrãdaꝝ. Quia ea taciturnitas eſt: q̃ facit ut res optime gerant. ℣ Labefactari. Corrumpi. ℣ Ergo cũ aſiæ rex. Exẽplũ adducit: ex quo probat qd̃ dixit maxime fuiſſe maturationẽ cõſiliorũ: q̃ in ſenatu ſeruata ẽ. ℣ Eumenes. rex aſiæ iudicauit R o. Perſã regẽ Macedonũ igẽtẽ exercitũ cõparare: eo aio ut bellũ R o. iferret: q̃ re cognita ſenat⁹ cẽſuit bellũ idicẽ dũ eẽ p̃ſæ regi: & exercitũ prio quoq; tpe cõparauit: deide ꝓuĩciã macedonicã Paulo Aemilio extra ordinẽ tradidit: & prius p̃ſes uictus captus & ductus eſt i triũphũ q̃ ſciri potuerit: qd ab Eumene rege nũciatũ: qd reſpõſum a ſenatu fuiſſet. Ergo quia nolebat taciturnitatẽ uiolari. ℣ Fidũ erat & altũ: Eſt q̃ſi diffinitio curiæ qd ẽ curia nihil aliud niſi fidũ pectus & altũ reip. nã quemadmodũ ea quoꝝ aĩus noſter cõſcius eſt ſecreta i pectore nr̃o ſeruant: ita archana cõſilia reipu. in pectore curiæ reponunt atq̃ ſeruant. Munitũ & uallatũ. Tr̃ãſlatio ſũpta ab oppidis: & caſtris q̃ muniunt & uallant. ℣ Abiecta priuata. Dicit hãc fuiſſe cõſuetudinẽ: ut igreſſuri curiã oẽm curã priuatã deponerẽt & publicã ſumerẽt. ℣ Itaq̃. Id magis miꝝ ac ꝓprie incredibile uidet eẽ. q̃ cũ res gererent iter mltos ſẽatores ita occultæ erãt ut ſi in paucis agerentur. ℣ Ne græcis qdẽ. Legit in uerinis q̃ Cice. dicit ſe accuſatũ fuiſſe: q̃ cũ ſyracuſis eẽt ſẽatui ſyracuſano græce locutus eẽt. ℣ Quin ẽt ipa liguæ uolubilitate. Nõ ſolum dabãt reſponſa græca cũ poſſent: ſed cogebãt eos p̃ interp̃tes latine loq: uolubilitate ideo dixit: qa græcia loq̃ciſſima ẽ & ad fingẽdũ paratiſſima. unde Horati. Grais ĩgeniũ: grais dedit ore rotũdo: muſa loq. ℣ Excuſſa. Exploſa: expulſa. Sed etiã in græcia. Non in urbe ſolũ cogebãt legatiões gẽtiũ exteraꝝ i ſenatu loq latine p̃ interp̃tes: ſed etiã p̃ magiſtratus ſuos apud exteras gẽtes idẽ facer uoluerũt. ℣ Nec illis. Occurrit tacitæ q̃ſtioni: qa diceret aliq̃s: nolebãt hoc fieri R o. qa ſtudia græcarũ litteraꝝ ignorabãt: dicit hoc nõ fuiſſe: immo oĩum generũ ſtudioſiſſimos fuiſſe R o. ſed imperii ſui maieſtatẽ ſeruare uoluiſſe. ℣ Palliũ to. i. nõ oportere R o. dignitatẽ ſubiici græcis immũdiciis: nã palliũ ꝓ græcis ph̃is itelligit. togã uero ꝓ R o. qa ſicut pallio græci utebant ph̃i: ita toga R o. uñ Vir. R o. reꝝ dominos gẽtẽq; togatã: uñ ẽt comœdias alias dicere ſolemus paliatas: alias togatas: paliatas in q̃bus aliqd grãde cõtinet ſicut comœdia amphitriõis i q̃ introducunt reges & dii ut Iupiter & mercurius: togatas uero q̃ magis quottidiano ſermõi cõueniũt. ℣ Palliũ to. Eloquẽtiã græcã ſubiici debere maieſtati R o. ℣ Indignũ. Turpe & nõ tolerãdũ. ℣ Illecebris. Bl̃diciis. Iuue. Nõ poſſum ferre q̃rites græcã urbẽ. Solin. i ca. de hoĩe dicit q; cato cenſorinus ſæpe cenſuit græcos urbe pellẽdos. ℣ Suauitate. Propter eloquẽtiã & philoſophiam.

Palliũ Toga.

SEd ut ad Massiliēsium. Nūc redit ad propositum. ℣ Diuerticulum. digressionē. digressio est ab eo diuerti quod dicere cœperit. ℣ Vt hospitia: ut quemadmodum ipsi hospitales benigne sumerēt peregrinos ita ipsi ab hostibus tuti eē possent. ℣ Pecunias mutuas. Opinio antiquorum satis deridēda. Apud inferos. dicebant tu mihi decem aureos mutuabis. & ego tibi postea totidem apud īferos reddā. Quia persuasum habuerunt. Credebant ad aliam migrari uitā secūdum Metēpsychosim. ℣ Dicerem stultos: Damnarem inquit eorū stultitiam: nisi hoc idem sensisset Pythagoras. ℣ Bracchati. Quamuis omnis Gallia comata uno appellata teste Plinio li. iiii. natu. hist. in tria populorū genera diuisa est: uidelicet in belgicos aquitanos. & celticos siue lugdunēses: qđ idē & Cæsar in principio commentariorum suorum affirmat: tamen inuenī nonnullos ex nostris qui dicunt triplicem Galliam: brachatā: comatā: & togatam esse. Comatā eē quæ Lōbardia dicitur: & Galli insubres. Togatā ab alpibus usq; ad mare Britanicū. tendere. ℣ Brachatam narbonēsem prouinciā & oēm regione quæ adiacet rheno. quæ multas habet partes Borgondiam: lotorigiā: flandriā: Coloniā: & terram ligonēsium. ℣ Palliatus: græcus: qa ut supra dicimus pallio utebant̄ græci Pythagoras quidem credebat animas hominū mortales esse: sed ex uno corpore ī alia corpora trā sire: nec uspiam inferos esse. ℣ Auara & feneratoria: quī philosophantur ut dicāt animas eē immortales: & ideo pecunias mutuo accipiāt sed nunc optimum illum feneratorem eē dicimus: qui egētibus opem præstat: quasi qui ꝑ uno centuplum expectet. adeo & hic reuera q̄stum nullum maiorem facere potest q̄ pecuniam pauperibus effundere: compēsationem illius a deo ꝑmissam expectās. sed apud ignaros nostræ fidei uana fuit opinio. ℣ Alacris: læta atq; iucūda: & ostēdit utrāq; rationem: qui in acie gaudio exultabant: qui cum prælio cōmisso periculis se expositos uiderent lætabantur: Iulius Cæsar lib. sexto. Druades inquit ꝑsuadēt animas nō īterire sed ab aliis post mortem trāsire ad alios. ℣ Gloriose: q; fortiter pugnantes morerentur: in acie id sibi honorificū & glorioſum fore credebāt: quia nō: ut segnes & ignaui morerent̄: sed ut fortes & Magnanimos decet. Vergi. Pulchrūq; mori succurrit in armis. ℣ Lamentabantur. Cōtra uero si iacuissent in lecto metuebāt mortem: & ideo tristabant̄ q; ignauiter quodāmodo & turpiter perituri essent. Hoc idem Cice. li. tusculanarum quæstio. secundo. ℣ Celtiberi: etiam. Prosequitur aliud institutum eorum fuisse: ut cum milites ducem suum amisissent mortuo duce: se īterfici malebāt: qđ legit̄ ī uita Sertorii. ℣ Pro cuius salute spiritū deuouerāt: qa ī bellū ꝑficiscētes iurabāt in māus ipatoris se ꝑ salute illius fortiter pugnaturos.

De ritu Massiliēsiū q; nullo itrare auderet ciuitatē suā.

SEd ut ad Massilienſiū ciuitatē unde in hoc diuerticulū excessi reuertar: itrare oppidū eorū nulli cū telo licet ꝑstoq; ē: q id custodiæ gratia acceptū exituro reddat ut hospitia sua quēadmodū aduenientibus humana sunt: ita ipsis quoq; tuta sint.

De more quem obseruabant Galli.

HOrū mœnia egresso uetus ille mos Gallorum occurrit: quos mēoria ꝑditū ē pecunias mutuas q̄ his apud īferos redderent̄ dar̄: qa ꝑsuasum hūerit aias hoium imortales eē. Diceret̄ stultos: nisi idē bracchati sensissent: qđ palliatus Pythagoras credidit. auara & feneratoria Gallor; ꝓba alacris & fortis Cibror; & Celtiberor;. q in acie gaudio exultabāt tanq̄ glorioſe & feliciter uita excessuri: lamētabant̄ ī morbo q̄si turpiter & miserabiliter perituri. Celtiberi ēt nefas ducebāt e ꝑlio supesse: quū is occidissēt ꝑ cuius salute spiritum deuouerāt. Laudāda utrorūq; populorum ai præstantia: q; & patriæ in columitatē fortiter tueri: & fidem amicitiæ cōstanter præstandam arbitrabantur.

De Thracia.

THraciæ uero illa natio merito sibi sapiæ laudē uendicauerit: q̄ natales hoium flæbiliter: exequias cum hilaritate celebrat: sine ullis doctorū præceptis: uerū cōditionis nr̄æ habitū peruidit. Remoueat̄ itaq; naturalis omniū animalium dulcedo uitæ: q̄ multa: & facere & pati turpiter cogit: si ea mortua aliquanto eius felicior ac beatior reperietur finis.

De moribus & ritu Lyciorum.

QVo circa recte lycii cū iis luctus icidit: mulierē ueste iduūt: ut deformitate cultus cōmoti maturius stultū proiicere mœrorē uelint. cuius salute spiritū deuouerāt: qa ī bellū ꝑficiscētes iurabāt in māus ipatoris se ꝑ salute illius fortiter pugnaturos.

THraciæ uero. Aliud istitutū. ℣ Natio: regio thraciæ. ℣ Sapiētiæ: nā re ipsa potius q̄ doctrina & ꝑceptis phiæ pstāt. ℣ Celebrāt: frequētāt. ℣ Quæ natales. Duo dicit: & nascētes flære: & morientes lætitia ꝑsequ cōsueuisse: iō aūt nascētes deflebāt. Quasi labores: & hūanæ uitæ picula subeūtes: morientes uero hilaritate ꝑsequbant̄: q̄si labores illos & picula relinquētes: illud āt aduertēdū ē: natalē & ꝑ se plenum eē: ut hoc loco: & apud Verg. Meus ē natalis iola. & adiectionē recipe: ut apud Terē. Porro āt alio ubi erit puero natalis dies: & apud Iu. Natali coruine die mihi dulcior hæc lux. Hoc āt istitutū thracū iō magis admiratiōe ꝑsequēdū ē: qa apud cæteras gētes & ꝑsertī apud Ro. ī oīb9 sacrificiis castitas seruabat̄: nisi cū dies natalis celebraret̄: ī quo libēter uoluptatibus opā dabāt So. ī cap. de thracia. Apud plurios iqt luctuosa sūt puerpia: denicq; recēté natū flætu parēs excipit: cōtra uersū læta sūt funera: adeo ut exēptos gaudiis ꝑsequant̄. ℣ Sine. ul. do. p. nō q; phi pcipiant: sed q; hoc ex rōe hūanæ uitæ collegerit qa & ortus uitæ hūanæ picula subit & laboris: mors āt finis ē. ℣ Sine ul. do. p. eo magis gaudendū qđ ipsi potius a natura habuere q̄ ex ullius doctrinæ perceptione. ℣ Habitum. scilicet prouī

OLI.

OLI.

Bra/ chata gallia.

Pallia/ tus

Natalis

dit naturam humanam, quæ miſerrima & fragilis eſt. ℣ Remoueatur naturalis uitæ dulcedo. Niſi nos inquit nimia uitæ cupiditas tenuerit: intelligimus uitæ introitum miſerabiliorem fore quã exitum, nam uitæ cupiditas cogit plærunq; nos multa turpiter facere aut turpiter pati. ℣ Vitæ dulcedo, ideo dixit: quia omne animal rationale & irrationale uiuere appetit. ℣ Deformitate cultus. Siquem uirum uideas: muliebri ueſte indutum: deforme ſpectaculum uidebis. ℣ Lyciæ. Lycia prouincia eſt in minori aſia ab oriente iuxta Pamphyliam: ab occidente Cariam, uel ut Solinus tradit Ciliciæ confinis, in ea ciuitas eſt nomine patara: in qua Apollinis oraculũ erat cæteris claritate præſtantius unde Virgilius, Lycias ſortes appellat Apollinis oracula, qui in lycia reſponſa dabat. In lycia eſt mons ille chimera notabilis & ubiq; celeber: de cuius uertice ignis exalat: ſicut & ĩ Sicilia ætna in Campania mons ueſæuus ignem euomit. ℣ Verũ quid ego. Sed quid de fortitudine mulierum dicam? ℣ In hoc genere, quod paruifaciant uitam. Solinus de india apud eos uero quibus ad uiũendi rationem exactior cura eſt etiam multæ uxores in eiuſdem uiri coeunt matrimonium: & cum maritus deceſſerit aliquando apud grauiſſimos iudices ſuam quæq; de meritis agunt cauſam: & quæ officio, quaſi cæteris præſtantior ſententiam uicerit iudicantium hoc palmæ refert præmium ut arbitrio ſuo cõſcendat rogũ coniugis & ſupræmis ſemetipſam det eius inferiis: cæteræ cum nota uruunt. Cicero libro tuſcula. quæſtio. quæſtione quinta. Mulieres inquit in india: cum earũ cuiuſuis mortuus uir fuerit in certamen incidit. indeq; ueniunt quam plurimum dilexerit uir (plures enim ſingulis ſolẽt eſſe nuptæ) quæ uictrix eſt ea læta proſequẽtibus cunctis una cum uiro in rogum impõitur: aliæ uictæ mœſtæ diſcedunt. ℣ In certamen iudicium q;. Quia primo certãt ĩter ſe: & ex certamine deinde ſequitur iudicium. ℣ Tanquã feliciſſima inſtar felicitatis. ℣ Superatæ, ſicut illa læta moritur ſta cæteræ triſtes in uita permanẽt quæ ſuperatæ ſunt.

Vita erũnoſa

De fœminis indicis.

VErũ q̃d ego fortiſſimos hoc in genere prudentiæ uiros laudẽ? Reſpiciant idorũ fœminæ: quæ cũ more patrio cõplures eidẽ nuptæ eſſe ſoleãt: mortuo marito in certamẽ iudiciũq; ueniunt: q̃ ex iis maxime dilexerit, uictrix gaudio exultans deductaq; a neceſſariis lætũ p̃ferens uultũ: coniugis ſe flammis ſuperiacit: & cum eo tanq̃ feliciſſima crematur: ſuperatæ cum triſticia & mœrore in uita remanent.

PRotrahe i mediũ Cymbricã audaciã: adiice celtibericã fidẽ iũge aioſam thraciæ ſapiẽtiã: annacte lyciorum ĩ luctibus abiiciẽdis callide quæſitam rationem. Indico tamen rogo nihil eorũ præferes: quem uxoris pietas in modum genialis thori propinquæ mortis ſecura conſcendit.

De Punicis fœminis & Fano Veneris.

GVi gloriæ punicarũ fœminarũ: ut ex cõpatione turpius appeat: dedecus annectã. Sycæ. n. fanũ Veneris ẽ in q̃d ſe matronæ cõferebãt. atq; ide ꝓcedẽtes q̃ſtũ dotis: corpis iniuria cõtrahebãt: honeſta nimirũ tam in hõeſto uiculo cõiugia iũcturæ.

De inſtituto probabili Perſarum.

NAm Perſarum admodum probabile inſtitutum fuit q; liberos ſuos non prius aſpiciebãt q̃ ſeptimũ impleſſent annum: quo paruulorum amiſſionem æquiore animo ſuſtinerent.

De Numidis.

NE numide q̃dẽ reges uituperãdi: q more gentis ſuæ nulli mortaliũ oſculũ ferebãt. quicq̃d .n. in excelſo faſtigio poſitũ eſt humili & trita cõſuetudine quo ſit uenerabilius: uacuũ eẽ cõuenit.

PRotrahe *in medium*. Cõparat hãc mulierum fortitudinem his omnibus exẽplis quæ ſupra poſuerat. ℣ Cymbricam audaciã. quĩ fortiter in bello moriũtur. ℣ Celtibericam fidem. qui ſe morti pro ſalute imperatoris ſui deſtinant. ℣ Thraciæ ſapientiam. qui natales ſuorũ lugent: in morte uero gaudẽt. Lyciorum qui muliebrem ueſtem accipiunt cum ſibi lugendum fuerit. ℣ Indico tamen rogo. indicarum mulierum: hoc eſt ex india: Tamen q̃is hæc omnia laudanda ſint. ℣ Dedecus. flagitiũ. ℣ Sycæ. urbis punicæ. ℣ Corporis iniuria uidelicet ſtupro. nulla enim maior corporis iniuria eſſe poteſt q̃ ſe impudicas facere. Hoc etiã refert Herodotus: mulieres antequam ad nubilem ætatem peruenĩſſent ad hoc templum uenire cõſueuiſſe: & corpus ſuum in publicũ exponentes eoq; dotẽ ſibi cõparare ſolitas fuiſſe. ℣ Honeſta coniugia: qa cõſtat poſt cõiugiũ illas omnium caſtiſſimas mulieres fuiſſe. ℣ In Perſarum. hoc quoq; tradit Herodo. inter cætera: ut cũ primum pueri cœpiſſent loqui: eos ueritatẽ dicere aſſueſcerent. ſi uero aliq̃d minus uerũ dixiſſent: acriter puniebant: deide hoc quoq; inſtituerant: ut non prius filios uiderent q̃ ad ſeptem annos pueniſſent: ne tenellæ ætatis caritate corriperent: ut ſi mortui eſſent minus dolerẽt eorũ ĩterritũ. nã uſq; ad ſeptimũ annũ ſolet ætas illa in nimio diſcrimine uitæ uerſari pp uermes. ℂ Sycæ. ciuitas e regione Byzantii quam Strabo ſingulariter appellat Sycen. Eſt & eiuſdem nominis altera Alexandriæ proxima a Syceo Titane: quem a tergo dum premerent hoſtes ad ſe fugiẽtem terra Mater in ſinum recepit: eiuſq; loco remiſit arborem fici.

Veritatis ſtudiũ.

OLI. n

E numidæ q̃dẽ. Dicit reges Nũidas hoc ſeruaſſe: ut neminĩ oſculũ darẽt. nã q ĩq̃t ĩ ſũmo dignitatis gradu cõſtituti ſunt ñ debẽt ſe nimiũ familiares hoĩbus reddere. ℣ Faſtigio. ſũmo gradu. ℣ Venerabilius.

nam quicquid rarum est id etiam pretiosum: quæ uero sunt nimium consueta: ea solent uiliora quoq; haberi.

VEnio nunc ad præcipuū decus & stabilimentū Ro. imperii. Expedito istitutorū tractatu ad aliū transgreditur ubi de disciplina militari continetur. ℣ Stabilimentum: qa re militari Po. Ro. nō modo tantum comparauit imperium, sed partū quoq; seruauit. ℣ Salutari perseuerantia, assiduitate quadā salutari: quæ Romano fuit salubris imperio. Nunq̄. n. Romani a disciplina rei militaris declinauerūt. ℣ Sicerū: inuiolatum. ℣ Tenacissimū uiculū: qa nullo mō pmiserūt disciplinā militarē solui. ℣ Serenus tranqllusq; sine perturbatione bellorū externorū. ℣ Tranqllus: sine dissensiōe ciuiū, alibi pacē sereno tpi: bellū nubilo cōparat: ut uidelicet ex nubilo cælū serenū hilari aspectu sentiat: sic bellū pace i mutatū multū gaudii solet afferre. Cic. Eo aio gerēda sunt bella: ut sine iniuria in pace uiuatur.

De disciplina militari. Cap. II.

VEnio nūc ad p̄cipuū decus & ad stabilimētū Ro. impii: salutari p̄seuerātia ad hoc tp̄s sincer; & icolume seruatū militaris disciplinæ tenacissimū uiculū: i cuius sinu ac tutela serenus tranquillusq; beatæ pacis status acquiescit.

De Scipione.

PVblius Corneli⁹ Scipio: cui deleta carthago auitū cognomē dedit cōsul in Hispaniā missus ut insolentissimos Numātiæ urbis spiritus supiorū ducum culpa nutritos cōtunderet: eodem tp̄is momēto quo castra itrauit: edixit: ut oia ex his q̄ uoluptatis cā compata erāt auferrentur: ac summouerent. Nā cōstat tū maximū ide istitorum & lixarū nūerū cū duobus milibus scortor; abiisse. Hac turpi atq; erubescione se subtrahere uellēt: patē a Ro. petierūt: q i legitimi fœderis p̄ciū & cōditionē iussi sunt arma deponere: qd' Barbari ægrius acceperūt q̄ si māus abscinderent. Itaq; repudiatis cōditiōibus bellū idictū ē: aduersus quos missi sunt primo. Q. Pōpeius q ob infirmitatē: ut uult Liuius li. liiii. pacē cū illis fecit: & numātini fœdus maluerūt cū illū debellare potuissent, deinde. M. Pōpilius q fusus fugatusq; fuit a Numātinis: cū qbus pacē factā senatus irritā cē fuerat: postea missus est Hostilius Mācinus: qui cōtēptis auspiciis atq; p̄digiis: ut uidimus in ca. de p̄digiis: uictus a numātinis & castris exutus: cū spes nulla seruandi exercitus eēt: patē cū his fecit ignominiosam, quā ratā senatus esse uetuit: dedecusq; talis flagitii deditiōe mācini expiauit, nā i ea pugna triginta milia Ro. a q̄ttuor milib⁹ numātinorū uicta fuerāt, postremo opus fuit eo iperatore q carthaginē euerteret, missus igit est Scipio aphricanus, qui primū ut diximus corruptū licētia luxuriaq; exercitū: ad generosissimā militiæ disciplinā reuocauit, oia. n. delitiarū instrumēta recidit. Duo milia scortorū e castris eiecit: militē quottidie i ope habuit: & triginta dierū frumētū ac septenos uallos ferre cogebat ægre p̄p onus icedēti dicebat, cū gladio tete uallare scieris, uallū ferre desinito, alii nimiū parū habiliter scutū ferēti eū scutū amplius iusto ferre iussit: neq; id se reph̄endere: quoniam melius scuto q̄ Gladio uteret quē militē extra ordinē deph̄endit: si Ro. eēt uiribus: si extraneus uirgis cecidit. Iumēta quidē oia ne exoneraret milites uēdidit. Aerius igit i castris q̄ i cāpo cū milite suo q̄ cū numātinis illi præliādū fuit qppe assiduis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti: ferre plenius uallū, q arma nescirēt luto ingnari, q languiné nollēt iubebant: calones: sarcinæ: nisi ad usum necessariæ amputabant: tāti eē exercitū quāti impatorē uere p̄ditū est: & sic redacto in disciplinā milite: cōmissa acies: qd' nemo uisurū se nūquā sperauerat factū est: ut fugiētes numantinos uideret de quorū: debellatiōe alio loco dicemus, nā hoc q̄tū ad disciplinā militarē p̄tinet diximus, de qua Frontinus li. iiii. cap. i. Scipio inqt ad numātiā corruptum superiorum ducū secordia exercitum correxit, dimisso igēti lixarum numero: redactis ad munus quottidiana exercitatiōe militibus: quibus cū frequens iniungeret iter portare cōpluriū dieꝝ cibaria iperabat: ita ut frigora & ībres pati: uada fluminū pedibus traiicere assuescerēt milites: exprobātē ipatorē timiditatē & ignauiā: & frāgēte delicatioris usus ac parū necessaria & expeditiōi uasa qd' maxime notabiliter accidit. S. neuio tribuno. pl. cui dixisse tradit Scipio, mihi pauliſper tibi & reipublice semper necessarius nequaquā eris. ℣ Supiorū ducū culpa. Qu. Pōpei. M. Pōpilii & mācini: quorū unus. s. Pōpeius re infecta ut diximus discessit. Alter fusus fugatusq; fuit a numantinis, tertius iniussu senatus turpe fœdus cū hostibus fecit qd' senatus ratū nō habuit itaq; Scipio missus ad accipiēdū exercitū cū oi genere hoium iutiliū expurgauit: & sub eo milites Ro. audaciā cū pristina uirtute recuperarunt. Scipio uero nomen auitū consecutus est: ut Aphricanus diceretur: nam celtiberos: uaceos: cantabres: & alios populos in Hispania uicit & subacta Aprica carthaginem deleuit: numantiam ferro fameq; consumpsit. ℣ Summouerentur: remouerētur: in hoc exercitu sexaginta milia militum fuerunt. ℣ Institorum: institores dicuntur qui iumenta quibus uenalia uehuntur: agunt: erant enim negociatores qui res esculenta: a loco ad locum trahebant, dicti sunt institores: eo q; instant iumētis: quæ mercibus suis onerata impellunt ad locū ubi merces emere seu uendere consueuerunt. ℣ Lixarum: lixe dicūtur mercenarii qui exercitus in expiditione sequuntur, proprie autem dicuntur ministri militum: qui aquā militibus afferūt, nā antiq lixam aq̄ dixerūt: unde elixū aqua coctū & elixare aq̄ mollire. ℣ Scortorū: scorta dicuntur meretrices a scorteis q̄s pelliculas appellabāt antiq qbus icubare solebāt: & qa meretrices ñ aliter uiris subiiciunt Scorta

Numātinum bellū

ac pelliculæ: ꝓpterea ſcorta appellaret, ⁊ Turpi & eru. ſen. Sétina ꝓprie é aq̄ fœditiſſima í fundo Nauis q̄ uomitū nauis ꝓuocat, unde Sétina dicta é a ſentiédo: eo q̄ malo ſentiaſ odore: ꝑ tráſlationē exercit⁹ purgaméta Sentinā appellat. ⁊ Deformi fœ. ictu. qa turpe fœdus ictū fuerat iter Mácinū & numátinos qđ Po. Ro. íprobauit q̄ eius in iuſſu factū fuiſſet. ⁊ Acré: forté: aíoſum: qa cū ad extremá neceſſitatē numantini redacti eént: ne í Romāorū ptáté uenirét: cumulū ipſi in foro rerū oíum ſuarū erexerūt: & uxores ac liberos primo deíde ſubero igni iniecerūt. Cō ſtat numátinos fortiſſimos fuiſſe uiros. Stra. li. iii. Numátia inq̄t nobiliſſima ciuitas é q̄ bello celtiberico qđ aduerſus Po. Ro. geſtū é uirtuté ꝓpriā oſtétauit qđ uicesimū ꝑdurauit ánū. cōplures. n. exercitus cū íperatoribus ad íternotionē detracti. nouiſſime autē numátini obſidiōe cincti diuturna patiétia tollerarūt. ⁊ Indiciū: Deditio Mācini indicauit qđ eét negligere diſciplinā militaré. triūphus Scipionis ꝑmiū exſtitit ei q̄ militaré diſciplinā iā ꝓlabété ſuſtinuit & in priſtinū ſtatū redegit. ⁊ Mācini: Cū ille fœdus cū numátinis turpe & ignominioſum percuſſiſſet: qa id Po. Ro. nō ꝓbauerat: ipſe auctor hoſtibus deditus eſt: ut omni religiōe populus ſolueret.

OLI. Q. Metellus Secta

Eius ſectā Metel. Frōtinus. li. iiii. ca. i. Q. Metellus bello iugurtino ſimiliter lapſam diſciplinā pari ſeueritate reſtituit: cū iſup ꝓhibuiſſet alia carne q̄ aſſa elixa ue milites uti. ⁊ Sectā. é tráſlatio ſūpta a philoſophis: ná q̄ Socratis aut Ariſ. opinioné ſequunt ſectā ſeq̄ dicunt a ſectádo dicta: eo q̄ í diuerſas opiniones ſecarent: hoc eſt diuiderent: q̄uis ſi diligētius cōſideremus ea q̄ ipſi ſumebāt. oío tamé ad uirtutē ſpectare iuenimus. ⁊ Iugurtino bello: bello qđ geſtū fuit contra Iugurtā: ſolét. n. bella a deuictis hoſtibus denominari. ⁊ Spu. Al. Sp. albi. prim⁹ fuit q̄ cōſul & īpator miſſus a ſenatu cōtra iugurtā: molliter nimis ac licenter exercitū habuerat: ut apud Sallu. uidere licet. ⁊ Neruis: ná nerui corporis uires ſunt eodē mō neruos impii uires & potētiā appellat. ⁊ Nec ſingulas partes. nec inq̄t ſenſim milites corrigeré cæpit: ſed eodē momento tp̄is uniuerſum exercitū purgauit. ⁊ Singulas ptes: ut ſenſim milites ad rectā diſciplinā redigeret. ⁊ Cibúq̄ coctū. nolebant ut cibaria & eſculéta ꝓpōerent uēalia: ne milites cibo p̄parato ueſcentes molliores redderé/tur. ⁊ Neminé militū. ſ. grægarios. ná céturiones decuriones & tribuni militū ſuos hēbat milites: & grægarii dicebant q̄ nulli p̄ſunt ordini: ſed de grege ſunt. ⁊ Miniſterio. nec ſeruos hébát q̄ ſibi miniſtrarét. ⁊ Inuérorúq̄. q̄ Sarcias ſuas ueherét. ⁊ Alimta. cibaria q̄b⁹ í dies ueſcerent. ⁊ Subide. deíde. ut ipo itinere milites exercerent. ⁊ Eadē. tanq̄ iugurta. Cū caſtra frequēter moueret ſp ea uallo foſſaq̄ circúdabat táq̄ hoſtis iſtaret. ⁊ Quid ergo. núc ꝓbat qđ Metell⁹ fecit. Multa trophea. Tropheū dí honor q̄ hoſtibus uerſis í fugā cōparat dictú. ατροπη. i. cōuerſiōe. græci cōſuetudiné íduxerūt ut uictori tropheú ſtatueret. erat aūt cōlúna marmorea ubi litteræ íſculpebant: q̄bus uictos hoſtes terga dediſſe ſignificabít. Multa trophea Dux q̄ hoſtē í fugā cōuerterat tropheū merebat. q̄uero ultra certū numerū hoſtiū occiderat: ita ut plenā uictoriā cōſeq̄ret triūphū mereri dicebat. Sáe nōnúq̄ & arbor í q̄ hoſtiū ſpolia affigebant & id ædificiū in quo res geſtæ íſcribebant trophea illius dicta ſt: ut marii cíbra. Ser. ſup. x. æne. refert q̄. Sa. í hiſtoriis de Pompeio. deuictis hiſpáis trophea í pyreneis iugis cōſtituit: ex quo moſ í urbibus finguntur í arcúb⁹ ex ædificatis. Ver. dicit æneā de Mezétio tropheú cōſtituiſſe: cū ait í. xi. deciſis undiq̄ armis Cōſtituit tumulo fulgētiaq̄ íduit arma Mezēti ducis exuuias tibi magne tropheu dedit æneæ tropheú. Ver. nōdū plenā uictoriā ꝓſecuto: q̄ occiſo Mezétio fugauerat exercitū. ⁊ Ambitioſo íp̄atore. Spurio albino: q̄ uidelicet q̄reret ſe tātūmō militib⁹ gratū faceré ut cupiditati & libidini militū obſeq̄ret. Videré nō cōtigerat. áteq̄ Metel. p̄eét exercitui. ⁊ Bene ét illi. laudat illos q̄ milites ſuos ad diſciplinā militarē reuocarūt. ⁊ Affuerūt p̄ſentes: hocé ꝓpitii fuerūt & fauerūt. ⁊ Præruptis uiculis: dēptis q̄ obliti ſint illos ſibi neceſſitudíe cōiúctos eé. ⁊ Læſæ. ſ. diſciplinæ militaris. ⁊ P. Rutilius cōſul eo bello qđ cū fugitiuis. i. ſeruis quoq̄ dux & auct. fuit Eun⁹. ná dū is cū cæteris ſeruis iergaſtulis teneret: & haitu corpis & uirib⁹ p̄ſtás ſub ſimulatiōe ſyrræ deæ eos ad libertatē cōparádá adortás í unū cōtraxit ad nūer. lx. mil. Hoc át ut numine quodá í ſtíct⁹ faceré uideret: nucé enucleatā ſulphuré ſtipatā & igne í os ſūebat. & iter uerba q̄ſi flámá amittet uidebat: Mſti íp̄atores R. cōtra hos miſſi cū exercitib⁹ deleti ſt. Tādé. M. Perpéa eos apud ætná lōga obſidiōe p̄ſſos fame cōfecit.

ſcéda ſentina uacue ſcūs exercitus nr̄: q̄ pauloāte metu mortis deformi ſe fœderis ictu maculauerat: recta & recreata uirtute: acrem illā & aioſam Numātiā icēdiis exuſtā ruiniſq̄ ꝓſtratā ſolo æquauit. Itaq̄ neglectæ diſciplinæ militaris indiciū: Mancini miſerabilis deditio ſeruate merces: ſpecioſiſſimus Scipio. triūphus extitit.

De Metello.

Eius ſectā Metellus ſecutus: cū exercitū in Africa Iugurtio bello nimia. Sp. Albini idulgētia corruptū cōſul accepiſſet: oibus ípii neruis ad reuocādā priſtinæ diſciplinā militiæ cōnixus é: nec ſingulas ꝓtes ap̄phēdit: ſed totā cōtinuo in ſtatū ſuū redegit. ꝓtinus nāq̄ lixas e caſtris ſumouit: cibūq̄ coctū uenalé proponi uetuit. in agmine neminē militū miniſterio ſeruorū: inuentorumq̄ ut arma ſua: & aliméta ipſi ferrent: uti paſſus eſt. Caſtrorum ſubide locū mutauit. Eadé tanq̄ Iugurta ſemper adeſſet uallo foſſaq̄ aptiſſime cinxit. Quid ergo reſtituta cōtinētia: quid repetita iduſtria ꝓfecit? Crebras ſcilicet uictorias: & multa trophæa peperit ex eo hoſte: cuius tergum ſub ambitioſo imperatore Romāo militi uidere nō cōtigerat. Bene etiā illi diſciplinæ militari affuerūt: q̄ neceſſitudinū ꝑruptis uinculis: ultioné uidictamq̄ læſæ cū ignominia domuum ſuarum exigere nō dubitauerunt. Nam .P. Rutilius conſul eo bello quod in Sicilia cum fugitiuis geſſit .Q. Fabium generum ſuum quia negligentia

Tro/phæū

ꝙ Taurominitanam arcē. Tauromínio mons eſt Siciliæ & ſupra illum ciuitas q̄ Romanorū Coloniam eſſe dixit Ptolemæus. At Strabo urbem non montē eſſe oſtendit. li. vii. in deſcriptione Siciliæ cū dicit. Vrbes uero extāt ad latus Euripum efficiens primū Meſana: deinde Tauromínium. & Cathana: & Syracuſæ &c. Coloniā autē Roma nā fuiſſe alio loco oſtendit eodem li. ubi dicit: Ciuitas aūt frequētiores habet accolas q̄ Cathana. nā & habitores admiſit Romanos plurimos: pautiores aūt q̄ utraq; hēt Tauromíniū. fuiſſe uero occupatā a fugitiuis alibi oſten dit his uerbis. Eunus cū fugitiuis obſidiōe præſſus: illam: ſcilicet ætnam: de qua loquitur præcipuis affecit cladi/ bus: uixq; tandem a Romāis euulſi ſunt: eadē mala ꝓpeſſi Cathanēſes & tauromínitāi aliiq; cōplures: & reliq̄. iuxta tauromíniū optimi pi ſces muli capiebātur tpe Romanoꝝ: unde lu/ uena. Mullus erit domino: quē miſit corſica uel quē Tauromínitanæ rupes. nā a Tauromi nio Tauromínitanus deducit. unde Luc. Tau rominitanā uincūt feruore Charybdi. ſicut a gadibus gaditanus. a drepano drepanitanus. Tauro miniū

tauromínitanā arcē amiſerat: prouicia iuſſit decedere.

De Cocta.

IAm. C. Cocta. P. Aurelium Fuluiū Pecunio/ lam ſanguie ſibi iūctū: quē obſidiōi Liparita næ ad auſpicia repetēda Meſanā tranſiturus ꝓfecerat: uirgis cæſū militiæ mūer iter pedites fugi coe git: q; eius culpa ager incēſus & pene caſtra erāt capta.

De. Q. Fuluio.

QVitus ēt Fuluius flacc9 cenſor: Fuluiū fratrē cohortē legiōis i q̄ tribūus militū erat i iuſſu cōſulis domū dimitere auſū: ſenatu amouit: tā digna exēpla tā breuiter (niſi maiorib9 urgerer) nō referent. Q uid. n. é tā difficile factu: q̄ copulatæ ſocie tati generis & imaginū: deformē in patriā reditum in/ dicere? aut cōioni nominis: ac miliæ ueteris ꝓpinqui/ tatis ſerie coherenti uirgarum contumelioſa uerbera adhibere? aut cenſorium ſupercilium aduerſus frater nam caritatem deſtringere? dentur hæc ſingula q̄uis

IAm. C. Cocta. P. Aureliū. C. Cocta conſul cū Liparē æoliā inſulā obſi/ deret: aiaduertit nō recte taberna/ culū captū eſſe igit cū ad reſtauran da auſpicia iturus eſſet. P. Aureliū ſanguine ſi/ bi cōiunctū obſidioni ꝓfecit: qui cū negligen/ tius milites in armis habuiſſet: per eruptionē oppidani uallum incēdio cōſumpſerūt: & pe/ ne caſtra cæperūt & ob hanc cauſam conſul re uerſus: re cognita. P. Aurelium uirgis cæſum i ter pedites militare coegit. OLI.

QVintus ēt Ful. Flaccus. Frōtinus li. iiii. Fuluius Flaccus cenſor inquit Fuluium fratrē ſuū: qa legionē in q̄ tribunus militū erat in iuſſu conſu lis dimiſerat a ſēatu mouit. Sēatu amouit. Du plex erat cēſoria nota i eqtes: aut. n. ſenatu mo/ uebāt: ſi erāt iter ſenatores. aut equo publico priuabant ne uidelicet ſtipēdiū de publico dareť. ꝙ Tribun9 militū. Tribūi militū ꝓerāt milib9 hoīum: Primipilus dicētis Cēturio q̄ttuor māipulis: māipul9 uero prio. c. deide cōdu plicatus ducētorū militū fuit: & dicti ſunt manipuli a faſciculis palearū quos manipulos dicimus. nā adhuc paup Po. Ro. ꝓ uexilis manipulos palearꝝ ꝓtica ſuſpēſos geſtare ſolebāt. unde & manipularis miles dictus eſt. Oui. Per/ tica geſtabāt ſuſpenſos acta māiplos. Vnde maniplaris noīa miles habet. Alii dicūt Cēturiones tātū cētū militib9 præfuiſſe: & īde nomē accepiſſe: qđ magis tenēdū eſt pp noīs ſimilitudinē: ꝓfecti cohortibus ꝓerāt cohors aūt cō/ ſtat ex qngētis qnquaginta qnq; peditibus & ſexagitaſex eqtibus: turma ex trigīta. nā turma dicta eſt q̄ſi terina: ꝙ ex unaquaq; cēturia terdeni deligebant & fiebāt turmæ. legati legiōibus ꝓerāt. legio autē ab eligendo dr. ut uult Vege. de re mili. qa hoc uocabulū deſiderat eorū fidē atq; diligētiā q milites ꝓbāt. ex decē aūt cohortibus plena le gio cōficiebat: q̄ hēbat ſex milia cētū peditū: eqtes ſeptingētos & triginta. ſed pro diuerſitate tēporū uariatus eſt numerus. Tribunorū militariū ut habet in digeſtis officiū fuit milites in caſtris cōtinere: ad exercitationē ꝓduce re: claues portarū ſuſcipere: uigilias iterdū circuire frumentationibus cōmilitonū itereſſe: frumentū ꝓbere: men ſuræ: fraudē cohibere: delicta ſecūdū ſuā auctoritatē his modis caſtigare: prīcipiis frequēter itereſſe: q̄relas cōmili tonū audire: ualitudinarios iſpicere: officiū regētis exercitū nō tm̄ i dāda: ſed ēt cōſeruāda diſciplina cōſiſtere. ꝙ Li paritanæ: lipare una ex iſulis æoliis: cuius Soli. una cū reliqs mētionē facit: & oēs ſuo noīe deſcribit: ſt. n. ſeptē. Ver. de lipare iſula. Sicaniū iuxta latus æoliāq; erigit. liparē fumātibus ardua ſaxis: & a lipare liparitāus. ut hoc loco: & liparæus dr. Iuue. Brachia uulcanus liparæa nigra taberna. ꝙ F. Flac. Hoc factū ē bello ſeruili qđ in ſicilia geſtū ē. ꝙ Tā di. ex. Excuſat ſe quodāmō Vale. ꝙ exēpla rei militaris breuiter nimiū narrauerit: ꝙ ſe dicit nō fuiſſe tacturū niſi multa alia ſe offerrēt q̄ maiora ſt. ꝙ Generis. familiæ. ſicut Fuluius q fratrē ſenatu amouit. ꝙ Imaginū: maioꝝ ſplēdor & uirtus ac egregia facinora poſteroꝝ imagines dicebant iō āt dicebant imagines: qa poſteri cogitatiōe reꝝ eaꝝ q̄ ꝓclare geſtæ fuerāt a maiorib9: ad uirtutē īcēdebāt: ut illas imitarent & reuera ēt īagies & ſtatuas eri/ gere ſolebāt: ut poſteri ītuētes eas ipa cogitatiōe uiroꝝ excellētiū ad uirtutē accēderēt. ꝙ Cōiōi. cōiūctiōi. nō ſicut fecit Cocta q Pecūiolā ſanguie ſibi cōiūctū ex eqte peditē fecit. ꝙ Supciliū. Auſteritas ſeueritas a ꝓcedēte qđ ſeqt: nā ī ſupcilioꝝ toruo motu q̄dā triſtitia & ſeueritas oſtēdit. ꝙ Diſtrīgere: miari uel exercer. & ē trāſlatio a gladiatori b9 q Gladiū i cōcertatorē ſuū nudāt. ꝙ Dent hæc: Si īqt ciuitates q̄ rex potitæ ſt ſingulæ unū aliqđ eoꝝ exēplorū hērēt q̄ oſtēdimus: tamen abūde uiderent diſciplinā militarē obſeruaſſe. ꝙ Tamen. quāuis ſingula ſingulæ ciui/ tates exempla habeant. ꝙ Gloria. quia gloriari poſſit in ipſis ciuitatibus diſciplinam fuiſſe ſeruatam. ꝙ Genere. ſci licet cuiuſlibet uirtutis. ꝙ Proprio ſanguine. ſ. filiorū. ꝙ Specioſas. q; uictores extiterunt. ꝙ Priuatim lugubres: ꝙ eorum filii uirgis cæſi & ſecuri percuſſi ſunt. inquit quantum ad rempu. ſpecioſe: quātum ad priuatam lugubres propter mortem filiorum. ꝙ Gratulandi. q; uictores euaſerint. ꝙ Lugendi. q; filios amiſerint. Super cilium

THE. ¶Lugendi. Vetusti codices habent: alloquendi quod non displicet. Alloqui interdum solari significat, inde Catullus, Qua solatus es allocutione: & infra: Paululum quodlibet allocutionis.

OLI. IGitur ego. Ergo quia res magna fuit ac prope incredibilis teste Liuio: q̄ dixit hoc apud posteros plus admiratiōis habiturū q̄ fidei, dicit ergo uereor ne uirtuti ur̄æ nō paré relationē adhibeā, igit' qa illi incerti erāt fungerent' officio gratulādi an lugēdi: pari rōne cū illis ego quoq; dubito, ℣ Tu nāq; Posthumi. Ab hac opiniōe dissentit Liui, dicit.n. nō duos fuisse q̄ filios occidisse iusserūt: sed unū nec posthumiū sed Manliū torq̄tū, hoc āt i cōiecturā adducit cur Manilius nō posthumius existimādus sit, q̄ filiū uirgis cædi & securi p̄cuti iussit, q; Manliana nō posthūiana īperia sunt appellata, nā i cōsuetudinē uenit ut cū aliqs nimia seueritate uteret': diceret, en Manlianū īpiū quē crudelitatis titulū. Posthumius prior occupaturus fuit, nā multis ante annis posthūius fuit q̄ Mālius. Sed de hac re nō nihil dubitare uidetur Liuius: qa nōnulli sic tradidere scriptores duos, s. fuisse, qui filios occidi iusserint, sed existimare se dicit scriptores q̄d' posthumii fuerat ascripsisse Torquato uel contra potius. Et quia nonnulli historici ita retulerūt se quoq; tacitū p̄terire noluisse, ℣ Posthumium filium. Hoc fuit teste Ge. anno ab urbe ꝓdita. cccxxii. bello fidēati, ℣ Penetraliū sacrorū, mos erat antiqtus ut domesticis sacris ex filiis maiores natu p̄ficerent', ℣ Propagandā, amplificandā translatio sumpta a uitibus, nā ꝓpagari dicunt' uites cū ab arbore sub terrā flagella deducuntur, ℣ Cuius īfantiæ blādimēta. Hæc oīa describit quæ Pater in educatione filii facere solet ut rē ante oculos ponat, ℣ Armis, ut iam adultus arma tractare disceret, ℣ Sāctū, respectu patris q̄ pietatē paternam sanctam habebat, ℣ Fortē: quia fortis bellator erat. Item sanctū moribus fortem uiribus, multa in unum congerit Valerius quorū cogitatione & respectu pater a filii cæde deterreri potuerat: ut maiorem fortitudinem animi in posthumio fuisse ostendat: q̄ omnia post habuit ut disciplina militarē seruaret incorruptā, ℣ Amantem tui pariter & patriæ: pietate quā parentibus pariter & p̄riæ debemus, ℣ Presidio, ubi eū locaueras cū cohorte sua spōte egressus est, ut manus cū hostibus cōsereret, ℣ Progressus quia a præsidio in pallantes & incōpositos hostes ꝓcesserat eosq; fuderat, ℣ Et ad hoc peragendum imperium, potuisti inquit imperare lictoribus ut lege agerent: nam cum magistratus de nocētibus supplicium sumerent: lictoribus dicere solebant, age lege, ℣ Nam oculos, Dixi te hoc tam crudele imperium in filios: uocem tua exequi potuisse, nam te uultum auersum a tanta supplici fœditate habuisse certe scio, ℣ Ingens animi opus, Opus animi erat supplicium quo filium affici, ℣ Tu item Manli torquate: Id fuit Volscorū equorumq; bello: ut uult Liuius, Gellius uero dicit, tum hostes erant Fidenates sed hoc q̄d' sequitur fuit bello latino, Cato tamē apud Sallu. in oratione cōtra cōiuratos dicit hoc fuisse bello Gallico, & appellat hūc Aulū Manliū Torq̄tū. Huic Torq̄to post cædē filii in p̄riā cū uictoria redeūti, nemo iuniorū processit obuiā, fuit autē patribus carus: iuueniibus & tūc & semp iuisus: sicut in cap. de ira & odio dicemus, ubi hæc historia plenius tractabitur, ℣ Sacius esse iudicans: exēplo filii tui statuere ut postea alii disciplinam militarem non uiolarent.

Manlii seueritas in filiū

claris ciuitatibus abūde: tamē gloria disciplinæ militaris instructæ uidebunt'. At nr̄a urbs: quæ oī genere mirificorum exēplorum totum orbē terrarū repleuit: īperatorū ꝓprio sanguine manātes secures: ne turbato militiæ ordine uindicta deesset: e castris publice speciosas priuatim lugubres duplici uultu recepit: incerta gratulandi prius an lugendi officio fungeretur.

De Posthumio Tuberto & Manilio.

IGitur ego quoq; hæsitāte aio uos bellicarum rerū seueriſſimi custodes Posthumi Tuberte & Manli torquate memoria: ac relatiōe complector: qa aiaduerto fore: ut pōder' laudis q̄ meruistis obrutus: magis ībecillitatem īgenii mei detegam: q̄ uestrā uirtutē (sicut par est) rep̄lentē: tu nāq; Posthumi dictator aulū Posthumiū: quem ad generis: penetraliūq; sacrorū successionē ꝓpagādā genueras: cuius infantiæ blandimēta sinu: atq; oculis foueras: quē puer litteris: quē iuuenē armis īstruxeras: sanctū: fortē amātē tui pariter ac p̄riæ: qa nō tuo iussu: sed sua spōte p̄sidio ꝓgressus hostes fuderat: uictorem securi feriri iussisti: & ad hoc īperiū ꝓpagēdū paternæ uocis ministerio sufficere ualuisti: nam oculos tuos certum scio clarissima in luce tenebris offusos igēs opus aī itueri nequisse. Tu itē Māli Torquate latino bello cōsul filiū: q̄ prouocatus a Geminio Mæcio duce tusculanorū ad dimicandū te ignaro descenderat: glorioſam uictoriam & speciosa spolia referentem abripi a lictore: & in modum hostiæ mactari iussisti: satius esse iudicans patrem forti filio: q̄ patriam militari disciplina carere.

De. L. Quintio Ceicinato.

AGe q̄to spū putamus usum. L. Quitiū Ceicinatū dictatorē eo tpe: quo deuictis Aequicolis & subiugū missis. L. Minutium consulatū

OLI. Quin. Ceicinatus

AGe q̄to. L. Quintiū ceicinatū, de hoc uiro dicemus in ca. de moderatiōe & paupertate: q̄d' uero ad disciplinā militarē pertinet: cū parua statis agris subito equoꝝ & uolscorū in cursu, alter cōsulū. L. Minucius ad ultionē missus esset: illi neq; fortuna neq; uis aī i ea re gerēda fuit: nā cū haud ꝓcul ab hoste castra posuisset: nulla clade accepta pauidus iter castra se cōtinebat, quod ubi sensere hostes ex metu alie-

no creuit audacia:& primo castra expugnare adorti cū nō succederet:ad obsidionē cōuersi munitiōibus circūdāt: qā ubi Romā perlatū est obsideri,s.cōsulē & exercitū tātus pauor & tredidatio urbē incessit:ut dictatorē q̄ primū dici placeret,dictusq; est cōsensu omniū,L.Quintius Ceicinatus:q tū erat in agris & rustico inhians operi:audito patriæ statu & honorē & laborē piū prono aīo susceptū,pfectusq; cōfestim scripto exercitu oībus ultro nomina dantibus spe certa sub tali duce uincēdi:dispositio rerū statu die ꝓximo sub noctē Roma egressus:alacritate mirabili mediaq; nocte ad hostē peruenies,& cōsulem & exercitū obsidione liberauit:hostes ut exprimeret tandem

deponere coegit:q; castra eius hostes iidem obsederāt. Indignum,n.maximo imperio credidit:quem non sua uirtus:sed fossa uallūq; tutum ꝓstiterat: cuiq; uerecūdiæ non fuerat arma Ro. metu trepida clausis portis contineri:ergo imperiosissimi duodecim fasces: penes quos senatus & æquestris ordinis & uniuersæ plæbis summū decus erat:quorūq; nutu latiū:ac totius Italiæ uires regebant cōtusi atq; fracti dictatorie se aiaduersioni substrauerunt:ac ne inulta foret gloria militaris, cōsul delicti omnis uindex punitus est.His:ut ita dicā: piaculis mars imperii nostri pater ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum erat numen tuum propiciabatur:affinium & cognatorum & fratrum nota:filiorumq; strage ignominiosa consulum eiuratione.

De Papirio.

Iusdē ordinis quod sequit Papirius dictator quū aduersus imperiū eius,Q.Fabius Rutilianus magister equitū exercitū in aciē eduxisset:q̄q̄ fusis Samnitibus ī castra redierat:tamē neq; uirtute eius neq; successu: neq; nobilitate motus: uirgas expediri eumq; nudari iussit.O spectaculū admirabile:& Rutilianus & magister equitū & uictor scissaueste spoliatoq; corpe lictorū se uerberibus lacerandū præbuit:ut in acie exceptorū uulnerū nodo sis ictibus cruore renouato uictoriaꝝ quas modo speciosissimas adeptus erat titulos respergeret,pcibus deide sui exercitus occasionē Fabio cōfugiēdi in urbē dedit:ubi frucōfessio subactā domitāq; esse gentē sub iugū misit:fiebat aūt iugū ex tribus hastis duabus humi defixis superq; eas una trāsuersa deligata,sub hoc iugo dictator hostes ueluti totidē boues misit.Castris hostiū receptis plenis omnium reꝝ(nudos,n,miserat)pdā oēm suo tātū militi dedit:cōsularē exercitū cōsulemq; ipsum increpans:carebis inqt pdæ pte miles ex eo hoste cui prope pdæ fuisti: & tu,L.Minuti donec cōsularē aīum incipias habere: legatus sis:legiōibus ꝑeris,ita se Minutius abdicat cōsulatu iussusq; ad exercitū manet,sed adeo tū imperio meliori animus mansuete obediens erat ut beneficii magis q̄ ignominiæ hic exercitus memor & coronā aureā dictatori libræ pōdo decreuerit: & ꝓficiscentem eū patronū salutauerit.Aequicolis,populis q̄ sunt haud ꝓcul a Roma.Indignū,n.Putabat illū nō esse imperio dignū:q se exercitūq; suū nō uirtute sed uallo fossaq; tutatus esset.Arma Romana,q̄ semp uictricia fuerūt.Ergo imperiosissimi,xii,fasces.Nūc extollit cōsulatū:ut maiorē etiā pœnā ostēderet:q; nec illis qdē dictator pepercerit:q summū imperiū gerebat.Nutu,nā quāto maiorē uim & potestatem cōsulatus ostendit:tāto eius magis ostēdit seueritatē dictatoris.Decus,ornamētū nā in cōsulatu senatus maiestas cōtinebat.Nutu imperio & iussu:nā omnes Romani ordines sub imperio dictatoris erāt,poterat,n,& plæbi & senatui & equestri ordini imperare q̄cq̄d uoluisset dictator.At ne lesa,ne res militaris foret inulta.cōsul q alioꝝ delicta punire cōsueuit ipse punitus est.His ut ita dicā piaculis. Conuertit sermonē suū ad martem Valerius: & est Apostrophe dicens:o Mars iō fuere imperatores Romani adeo seueri:ut numen tuū his pœnis placarent:siquid cōtra te fuisset admissum.Piaculis,pœnis,nā piaculū significat pœnā:remediū:delictū:mortē deniq; ipsam,ergo piaculis: expiatiōibus.Paternā,a Marte originē sumpsisse dīr Romulus & Remus.Degeneratū,peccatū & delictū aliqd cōmissum esset,nā degenerare est a genere exire uel ab aliq re alienū esse.Nota ignominiosa.Eiuratione: priuatiōe,nā eiurare ē extra ius facere,quēadmodū dicimus exaugurare extra augurū facere,sicut eiurare cōtra ius uel extra ius facere,ergo eiuratiōe,abdicatiōe,nā cū cōsulatū ineunt in rēpu,iurāt:cū deponūt,eo iureiurādo soluunt.

Aequicoli

Piaculum

Iusdē ordinis Papirius dictator,Frōtinus li,iiii,L.Papirius curior dictator Fabiū Rutiliū magistrum equitum ꝓ aduersum edictū eius q̄is prospere pugnauerat:uirgis poposcit cædi securi percussurus nec cōtentiōe aut precibus militum cōcessit animaduersionem,eumq; ꝓfugientem Romā ꝓsecutus est:nec ibi qdem remisso prius supplicii metu:q̄ ad genua eius & Fabius cū patre prouolueret & pariter senatus & populus rogarent,Liuius uero multo prolixius scribit historiā.Fuit hoc bello samnitico: cui cū,L. Furius Camillus consul præesset morbo implicitus dictatorē dixit Papirium Cursorem,q sibi,Qu.Fabiū Rutilianum magistrꝝ equitum dixit qbus in castra ꝓfectis:paulopost dictator in urbē ad auspiciū petendū accersitur, imperat magistro equitū ut sese loco teneret:nec absente se cū hoste confligeret.Fabius cū post profectionē dictatoris ꝑ exploratores cōperisset perinde oīa soluta apud hostes ac si nemo Romānus in samnio esset,seu ferox adolescens indignitate accensus ꝓ oīa in dictatorem uiderentur reposita esse:seu occasiōe bene gerendæ rei ductus: exercitu instructo paratoq; ꝓfectus ad hostes cōflixit.Ea fortūa pugnæ fuit:ut nihil relictū sit:quo si affuisset dictator res melius geri potuerit:nō,n,dux militi:nec miles duci defuit,uiginti milia hostiū ea pugna cæsa dicunt: Quod ubi Romæ cognitum est dictator incensus ita redit in castra:Fabium acciri iubet spoliariq; ut de illo su-

Oli. Papirii seueritas

meret ſuppliciũ: milites reiectis lictoribus Fabiũ tutant̃: iamq; ſeditio maxima apparebat, nox eam diremit: Fabius interea Romã profugit: & auctore patre apud ſenatum de iniuria dictatoris conquerit̃. Demũ ſuperueniẽte dictatore: tribunoq; omnium ac Populi Romani fidẽ implorat qua nihil ſibi proficiente fluctuabat eius uita niſi q; populus ad præces & obteſtationẽ conuerſus, ut ſibi pœnã magiſtri equitũ dictator remitteret. Tribuni quoq; inclinatã rem in preces ſubſecuti orare dictatorẽ inſiſtunt ut ueniã errori humano ueniã adoleſcentiæ Qu. Fabii Rutiliani daret, ſatis eũ penarum dediſſe, iã ipſe adoleſcens: iã pater. M. Fabius cõtentionis obliti: procumbere ad genua & irã depræcari dictatoris. Tunc dictator ſilentio facto, bene habet quirites, uicit diſciplina militaris uicit imperii maieſtas non noxæ eximit̃. Qu. Fabius q contra edictũ imperatoris pugnauit, ſed noxe damnatus donatur. P. R. donat̃ tribunitiæ poteſtati precariũ: non iuſtum auxilium ferenti. ¶ De gente Papiria. Cice. epiſtolarum familiarũ libro nono epiſtola ad Petum. Tandẽ inquit inſanire tibi uideris ita inquit, ſed tamen mi Pete quid tibi uenit in mentẽ? negare Papiriũ quẽquam niſi plæbeium fuiſſe unq̃? fuerunt. n. patricii minorũ gentium quoq; princeps. L. Papirius. M. Vigilanus qui conſul cũ. L. Sempronio Atratino fuit cũ ante cẽſor cum eodem fuiſſet annis poſt Romã conditam trecentis. xii. ſed tũc papiſii dicebant̃, poſt hunc. xiii. fuerũt ſela curuli ante. L. Papiriũ craſſum qui primũ Papiſius uocari deſitus eſt, is dictator cũ. L. Papirio Curſore magiſtro equitũ factus eſt annis poſt Romã conditam trecentis. xv. & quadriẽnio poſt conſul cũ Duellio hunc ſecutus eſt Papirius curſor hõ ualde honoratus. ¶ Neq; uirtute, qa uicerat. ¶ Neq; ſucceſſu, quia felix fuerat. ¶ Nobilitate, quia patricius erat de fabia gẽte. ¶ Oſpectaculum, exaggerat rem iſtã. ¶ Cruore, renouatio uulnerũ quæ ab hoſtibus acceperat nondũ cicatrices ſanate erant. ¶ Vulnerũ, quæ nondũ obducta erant. ¶ Nodoſis ictibus ſ. uirgarum. ¶ Dedit, occaſionẽ fugiẽdi. ¶ Diſpendio pœnæ, non q; ita putaret: ſed quia rogauerant milites ut punitionẽ illã inſequentem diẽ differret Papirius, qđ ubi factũ eſt nocte Fabius in urbẽ confugit. ¶ Poſt dictaturã tertiũq; conſulatum, qa Fabius pater eius qui & dictator & conſul fuerat: coactus ad auxiliũ populi confugere atq; illius opẽ implorare. ¶ Vniuerſus. Quia uniuerſus. P. R. Papiriũ ſupplex rogabat: ut eũ ſibi condonaret: hæc Papirii ſeueritas ſic totius exercitus animum a dictatore auertit, ut proximo cum ſamnitibus prælio: hoſtes debellari potuerint: niſi milites duci ſuo gloriam inuidentes uincere noluiſſent.

Papiriorũ gens

OLI.

Piſones a numa

ſtra ſenatus auxilium implorauit. Nihilominus enim Papirius in exigẽda pœna perſeuerauit: itaq; coactus eſt pater eius poſt dictaturam tertiumq; conſulatum: rem ad populum deuocare: auxiliumq; tribunoq; plæbis ſupplex pro filio petere: neq; hac re ſeueritas Papirii refrænari potuit. Cæteq; quũ ab uniuerſis ciuibus & tribunis plæbis rogaretur teſtatus eſt: ſe pœnam illam non Fabio, ſed. P. R. & tribunorum cõcedere poteſtati.

De. L. Calpurnio.

LVcius quoq; Calpurnius Piſo Cos. quum in Sicilia bellum aduerſus fugitiuos gereret: & Ticius equitũ præfectus fugitiuoq; multitudine hoſtiũ circũuentus arma his tradidiſſet, iis præfectũ ignominiæ generibus affici iuſſit. eũ toga laciniis abſciſſis amictũ diſcinctaq; tunica indutũ nudis pedibus a mane in noctẽ uſq; ad principia per oẽ tẽpus militiæ adeſſe, interdixit ẽt ei cõuictũ hoium uſumq; balneaq;: turmaſq; equitũ qbus præfuerat adẽptis eqs in funditoq; alas tranſcripſit magnũ ꝓfecto dedecus patriæ: ſed magno Piſonis decore uindicatum eſt quoniã quidem id egit Piſo: ut q cupiditate uite adducti cruce digniſſimis fugitiuis trophæa de ſe ſtatuere cõceſſerãt: libertatiq; ſuæ ſeruili manu flagitioſum imponi iugũ non erubuerãt: amarum lucis uſum experirent̃: mortemq; quam effœminate timuerant uiriliter optarent.

LVcius Quoq; Calpurnius. Hoc quoq; fuit bello fugitiuo quod in Sicilia geſtum eſt, cũ. L. Calpurnius prouinciam obtineret: & bellum aduerſus eos gereret. Titius qui præfectus erat equitum in inſidias cecidit fugitiuorum & cum undiq; circunuentus euadere nullo modo poſſet: illis arma tradidit, ipſe uero cum equitibus euaſit. Conſul calp. q; contra diſciplinam militarem feciſſet: ut qui arma haberet: his depoſitis in poteſtatẽ hoſtiũ ueniret: ipſum hac pœna mulctauit: ut ſciſſa lacinia togæ pedibuſq; nudis in cõſpectu uigilũ ſtaret inter principes: quoſq; illud præſidium mitteretur, hoc etiam Frontinus affirmat. lib. iiii. ca. i. Dicit. n. L. Piſo. C. Ticium præfectu cohortis: quæ loco fugitiuis ceſſerat Cincio togæ præciſo: ſoluta tunica nudis pedibus in principiis quottidie ſtare dum uigiles uenirent iuſſit conuiuiis & balneo abſtinere. Piſonum domus a Numa Pompilio duxit originem teſte Horatio in poetria ubi loquitur ad Piſones. Vos o Pompilius ſanguis carmen reprehendite. ¶ Fugitiuorum: Seruorum qui bellum in Siciliam mouerant. ¶ A laciniis abſciſſis. Sine fimbriis: quæ a lacerando dictæ ſunt. ¶ Principia: ideſt prima acie donec militarent. ¶ Funditorum, genus eſt militiæ uiliſſimum, de equitibus facti ſunt funditores: qui fundis glandes in hoſtes torquebãt. ¶ Alas ordinem: ſed proprie alæ ſunt equitum: ſic dictæ q; pedites tegant alarum uice. ¶ Magnum profecto dedecus. Decus imperatoris eſt ſeruare rem militarem, dedecus uero corrumpere. ¶ Decor: gloria: & ornamento. ¶ Quoniam. Fecit enim Piſo ut qui ſe tam turpiter dediſſent: his tam ſordidis hominibus qui erant cruce digni: uitam morte grauiorem ducerent, nam hæc ſupplicia: quæ ignominiæ plena erant faciebant ut mori maluiſſent. ¶ Seruili manu, fugitiuorum ſeruorum.

NEc minus Pisone. Qu. Metell⁹. Frōtinus li. iiii. ca. i. Qu. Metell⁹ numidicus inq̄t: ī hispāia q̄nq; cohortes: q̄ locū amiserāt testamētū facere iussit: eas deide ad locū recupandū remisit: minat⁹ nō nisi post uictoriā recepturū. cū igit' iuberent' facere testamētū intelligebāt. nisi uincerēt se morti destinatos ee: & hoc mō expssa é illis necessitas. ut pulsis hostibus locū recuparēt: uñ fuerāt deiecti. ℣ Qu. Metell⁹. Hic fuit ille Qu. Metell⁹. q̄ Iugurtā numidiæ regē prius dare terga coegit: de quo multa Sal. ℣ Trebiā. hæc ciuitas é in celtiberia: q̄ ps é hispāiæ. ℣ Statiōe q̄ dā: iusserat q̄nq; cohortes locū quēdā seruare: ne caperet' ab hostib⁹. ℣ Māifesto: qa uolebat oēs occidi & ꝑ scelere pœnam luere. ℣ Ac de. u. qa se ī māifesti⁹ piculū irruere uidebāt. iō ferociores facti locū recepunt. nihil. n. magis ualet ad difficilima obtinēda q̄ de spatio uitæ: uñ Ver. Vna sal⁹ uictis nullā spare salutē. ℣ Hūanæ igit': Ex quo iqt cognosci pōt necessitatē ee: q̄ hoies ībeciles facit esse fortes. OLI.

Trebia ciuitas

De. Q. Metello.

NEc minus Pisone Acriter. Q. Metellus qui quū apud Cōtrebiam res gereret': collocatas a se in quadā statiōe quinq; cohortes: atq; ex ea uiribus hostiū depulsas: repetere eādē stationē e uestigio iussit: nō qđ speraret ab iis amissum locū recuperari posse: sed ut ꝑteritæ culpā pugnæ in sequētis certa minis manifesto periculo puniret: edixit etiā ut si quis ex his fugiens castra petiisset: pro hoste interficeretur: qua seueritate cōpressi milites: & corporibus fatigatis: & animis desperatiōe uitæ implicatis: loci tamen iniq; tatem multitudinēq; hostiū superarūt. humanæ igitur imbecillitatis efficacissimū duramentū est necessitas.

De. Q. Fabio.

IN eadē ꝓuincia. Q. Fabius Maximus ferocissimæ gentis aios cōtūdere & debilitare cupiēs: māsuetissimū ingeniū suū ad tps deposita clemētia sæuiore uti seueritate coegit. omniū. n. qui ex ꝑfidiis Romanor̄ ad hostes transfugerant: captiq; erāt: manus abscidit: ut trunca præ se brachia gestātes: metū defectiōis reliqs iniicerēt. rebelles itaq; manus a corporibus suis distractæ: Inq; cruētato solo sparsæ cæteris ne idem cōmittere auderent documento fuerunt.

De Aphricano superiore.

NIhil Mitius supiore Aphricāo: is tñ ad firmādā disciplinā militarē aliqd abaliēissima crudelitate sibi amaritudis mutuādū existimauit. si qdē deuicta Carthagie quū oēs q ex nr̄is exercitibus ad Pœnos trāsierāt: in suā ptātē redigisset: grauius in Romāos quā in latinos trāsfugas aiaduertit. Hos. n. tāquā pr̄iæ fugitiuos crucibus affixit. Illos āt tanq̄ ꝑfidos socios securi ꝓcussit. Nō ꝓseq̄r hoc factū ulteri⁹: & qa Scipiōis é: & qa romāo sanguini q̄uis merito ꝓpesso: seruile supplicīū īsultare nō attinet: quū ꝑsertim trāsire ad ea liceat: q̄ sine domestico uulnere gesta: narrari possunt.

De Aphricano posteriore.

NAm posterior Aphricāus euerso Punico imperio exterarum gētium transfugas in edendis Populo spectaculis feris bestiis obiecit.

THE.

Rebellis

OLI.

NIhil mitius supiore Aphricāo: q̄si minus mir̄ sit hāc seueritatē ī cæteris fuisse. cū hoc idem a Scipiōe Aphricāo factū fuerit quo nēo mitior. Nam cū Carthaginēses bello uicissent: urbēq; eor̄ cœpisset: oēs q ab exercitu Romāo ad hostes trāsfugerāt cū in potestatē suā redegisset. aspersus in Romāos aiaduertit q̄ in externos: ciues. n. seruili supplicio affecti sunt. alii uero ciuili. ℣ Nihil mi. Si naturā inqt Scipiōis ꝓsideres nihil māsuetius ferme ī ueneris: sed hæc ꝓp seruādā militarē disciplinā icorruptā seipsa deficere: & ad ꝓgrinā sibiq; lōge alienissimā crudelitatē labi coacta é. ℣ Mutuādū. Quia nō suū erat crudelitate uti sed a barbara & īmāi gēte ꝓ tpe sibi

OLI. Vante amplitudinis. M. Meneniũ. Plebs pp Nexos ob æs alienũ in sacrũ mõtẽ secesserat: nã magno natu qdã nexus diu ĩ ergastulis a uenera toribus habitus cũ maioꝝ suoꝝ ĩsignibus ĩ forũ pripuerat: cuiꝰ uestis erat sq̃lore obsita: fœdior corpis habitꝰ pallore: ac macie perẽni: ad hoc plixa Barba & capilli efferauerant speciẽ oris: noscitabat tamẽ ĩ tãta deformitate: & ordinem se duxisse aiebat: aliaq; militiæ decora uulgo iactabat: sciscitãtibus Vnde ille habitus: Vnde deformitas cẽt: cũ pp lõgã militiã: tẽporũq; calamitatẽ: & tributa ĩperata æs grãdæ cõ feciss̃et: dictũ se a creditore nõ ĩ seruitiũ: sed in Ergastulũ & carnificinã dicebat: deĩde ostẽtare tergũ fœdũ recẽtibus uestigiis uerberꝝ: ĩde orta seditiõe grauissima plæbs a patribus ĩ sacrũ mõtẽ secessit: ad quã recõciliãdã missus est hic. M. Meneniꝰ Agrippa. uir fecũdus: plæbiq; gratus: q; ide oriũdus esset: q fabula Aesopi duras hoĩum mẽtes flexisse: & plæbẽ pribus recõciliasse dr. hic ergo Agrippa seditiõis itestiæ gratissimus disceptator: & dõesticæ pacis ĩter plæbẽ & patres dignissimus auctor in ea pauptate uixit: ut funeris honos ei fuerit defuturus: nisi populus itidẽ ut Valerio collatis ĩ capita sextãtibus honorẽ sepulturæ cumulatissime reddidisset: neq; n. pt dignitatibus obstare pauptas: q nimmo felix & honoratus erit semp uirtute p̃ditus paup: ut Valerius & Menenius: ut alii cõplures fuisse cognoscũt. ℣ Honore sepq; a ut diximus Menenius ĩ tãta pauptate decessit: ut eũ. P. R. collatis q̃drãtibus: uel (ut alii dicũt) ĩ capita sextãtibus sepeliret & ei sepul. locũ publice daret. Diony. Agrippa. Menenius inqt: cũ sũma patrũ & plæbis æmulatiõe sepultus: plæbe collatis ĩter se sextantibus de suo efferente senatu deprompta exærario pecunia publice funerandum censente: quam plæbs offerentibus ultro quæstioribus accipere nõ est dignata: sed eam Agrippæ filiis eorum miserans inopiam largita est. ℣ Sextantibus: sextantem. vi. pars assis. idest libræ.

Fœlix paup

OLI. NC. uero Fabricii & Q. Aemilii. De pauptate Fabricii & Aemilii Pappi loquit: q̃ cũ essent suo tẽpore auctoritate p̃stãtes: & rerũ gestarꝝ gloria illustres: eos tamẽ admodũ paupes fuisse cõstat: in quoꝝ domibus aurũ fuisse dicit. nõ ad suũ: sed ad deoꝝ usum: ĩ q̃ re iocat Valerius. Plini9 ĩ fine. xxxiii. lib. natu. histo. uideret iqt hæc fabricius: & stratas argẽto mulieꝝ balneas: ita ut uestigio locus nõ cũ uiris lauãtiũ: Fabriciꝰ iquã: q bellicosos ĩperatores plus: q̃ paterã: & Salinũ ex argẽto hre uetabat. ℣ Patellã: paruã patinã. ẽ di

minutiuum a patina. ⁊ Sed eo lautius. iocaᷤ ut dixi Valerius. ⁊ Pediculo: paruo pede diminutiuum a pede.

OLI. Prata Quintia

OLLi ét: Scilicet q̃ sequuntur: ut Attilius q̃ ab agris accitus ad cõsulatũ uenit. ut Quintius Cincinatus: de quo Li. ope p̃ciũ ẽ audire: q̃ oia p̃ diuitiis hũana spernũt: neq; honori magno locũ: neq; uirtuti putãt eẽ nisi effuse affluãt opes. spes unica iperii. P. R. L. Quitius Ceicinat⁹ trãs Tiberi cõtra eũ ip̃m locũ: ubi nũc naualia sũt q̃ttuor iugerũ colebat agrũ: q̃ prata Quitia uocãtur: ibi a legatis seu fossã fodiẽs pallo innixus: seu cũ araret opi certe id q̃ cõstat rustico itẽt⁹: salute data iuicẽq; reddita rogat⁹: ut q̃ bene uerteret ipsi: reiq; publicæ mãdata senatus audiret: admiratus rogitãsq; satis: ne salua eẽnt oia. togã repente e turgurio ꝑferre uxorẽ Ratiliã iubet: q̃ simul absterso puluere ac sudore uelatus ꝑcessit: dictatorẽ cũ legati gratulãtes cõsalutãt: in urbẽ uocãt: q terror sit i exercitu exponũt &c. ⁊ Præ diuites. Quãtũ ad magnitudinẽ ai. ⁊ Pupinæ: Locus haud ꝑcul ab urbe: unde tribus pupia dicta ẽ. erat ãt locus maxie sterilis: sicut ifra ostẽdit. ⁊ Vastissimas. ingentes: quia solũ duxerat.

Pupia Trib⁹

OLI. Attili⁹ Seran⁹ dictus

ATtiliũ ãt q̃ ad eũ acces. Attilius q̃ & Galabrio dictus ẽ: hic ad Thermopylas cõsul Antiochũ Philippo adiuuante uictũ græcia expulit: idẽq; ætolos subegit: de q̃bus triũphauit: sed hũc Attiliũ itelligimus calatinũ: q̃ primo pũico bello aduersus Carthaginenses missus maximis & munitissimis ciuitatibus Drepano: Lilibeo p̃sidia deiecit: Panormũ cœpit: totãq; siciliã puagatus paucissimis nauibus magnã hostiũ classẽ duce Hamilcare supauit: sed cũ ad ætnã ab hostib⁹ obsessã fœstinaret a pœnis i angustiis clausus ẽ: ubi tribun⁹ militũ Calpurnius p flã mã acceptis tricẽtis i supioré locũ euasit: & cõsulẽ liberauit: ipe cũ. ccc. fortiter pugnãs cecidit & postea ab Attilio semiais iuẽtus est. Attilius de Carthaginẽsibus gloriose triũphauit: hic ẽ Attilius ille: q̃ Seranus dictus est a serẽdo q̃ cũ agrũ suũ coleret: euocat⁹: ad rẽp. ob eximiã uirtutẽ merutt dictaturã. Pli. li. xviii. Quæ nã iqt tãtæ ubertatis cã erat: ip̃oq; tũc manib⁹ iperatoq; colebant agri ut fas ẽ credere gaudẽte terra. uomere laureato & triũphali aratore: siue illi eadẽ cura semina tractabãt q̃ bella: eademq; diligẽtia arua disponebãt q̃ castra siue honestis manibus oia lætius ꝑueniũt: qm̃ & curiosius fiũt serẽte iuenerũt dati honores Seranũ unde cognomẽ. ⁊ Attiliũ semẽ aspgẽtẽ. i. serẽtẽ unde dictus ẽ Seranus de quo Ver. uel te sulco serẽtẽ. ⁊ Stiuã. Manubriũ illud icuruũ: q̃ manibus tenet arãdo. ⁊ Scipiõe. baculo. uñ Scipiões dicti sũt Cornelii ab eo. s. Cornelio: q̃ patrẽ cecũ ducens per urbẽ dictus est patris Scipio. i. baculus.

Scipiones a baculo dicti

OLI.

EIusdẽ nois & sanguinis. Hic Marc⁹ de quo diximus in ca. de religione: ubi annotata ẽ eius historia. Fuit ãt regulus iste magna populi Romãi gloria: sed nõ minor clades. nã quẽadmodũ ex hostib⁹ uictoriã sæpe reportauit: sic tãdẽ ab isdẽ captus cũ magna exercitus strage fuit: q̃uis ergo i magna dignitate foret: tñ eius paupertatis fuisse cõstat: ut cũ sibi ꝓgatũ eẽt iperiũ & interea uilicus eius: q̃. vii. iugera agra colebat decessisset: senatui scribere coactus ẽ: se i ꝓuincia diutius eẽ nõ posse: ne si desertus & icultus reliq̃ret ager: nõ eẽt unde alerent uxor & liberi. Li. lib. xviii. Attilius regulus iquit cũ aliquod præliis aduersus carthaginẽses pugnasset: successor ei a senatu prospere bellum gerenti nõ mitteret: id ipsum p litteras ad senatũ missas cõquestus ẽ: i quibus inter causas petendi successoris q̃ agellus eius a mercenariis diuastaret. ⁊ Cõtunderet. Frãgeret: debilitaret: trãslatio a cuspide ferri. fuit aũt regulus primus q̃ ad Aphricã obsidẽdã ꝓfectus est. ⁊ Est eiusdẽ. quo superior seranus. Vilicum bubulcum: qui ꝑerat uillæ. ⁊ In pupinia. Locus erat sterilissimus de quo supra diximus. nomen erat inuisum omnibus ob eius sterilitatem. ⁊ Mercẽnarium. Bubulcũ mercede conductum. ⁊ Rustico ĩstrumẽto. Vt aratrum: plaustrũ: ligões: boues: rastri. ⁊ Vxor & liberi: Scripsit ẽt: ut Liuius tradit nõ habere unde filias i matrimoniũ colloca

TLli: etiã prædiuites q̃ ab aratro accersebant. ut cõsules fierẽt uoluptatis causa sterile atq; æstuosissimũ Pupiniæ solũ uersabãt: delitiarũq; ignari uastissimas glebas plurimo cũ sudore dissipabant: ĩmo uero quos picula reipublicæ imperatores accersebant: angustiæ rei familiaris. quid cesso propriũ nomen ueritati reddere? bubulcos fieri cogebant.

De Attilio Calatino

ATtiliũ autẽ: qui ad eum accersendũ a senatu missi erãt ad iperium. P. R. suscipiẽdũ semẽ aspergentẽ uiderũt: sed ille rustico opere attritæ manus salutẽ publicã stabilierunt: Ingentes hostiũ copias pessum dederũt. Q uæq; modo arãtiũ boũ iugũ rexerãt: triumphalis currus habenas retinuerunt nec fuit his rubor eburneo Scipiõe deposito agrestem stiuã aratri repetere: potest pauperes cõsolari Attilius: sed multo magis docere locupletes: q̃ nõ sit necessaria solidæ laudis cupidini: anxia diuitiarum comparatio.

De Attilio Regulo.

EIusdem nominis & sanguinis Attilius Regulus primi punici belli gloria: cladesq; maxia quũ i Aphrica isolẽtissime Carthaginis opes crebris uictoriis cõtũderet: ac ꝓgatũ sibi ob bene gestas res ꝓximũ annũ iperiũ cognouisset: cõsulibus scripsit uillicũ i agello: quẽ septẽ iugerũ i pupinia habebat mortuũ eẽ: occasionẽq; nactũ mercẽnariũ amoto inde rustico instrumẽto discessisse: ideoq; petere ut sibi successor mitteret: ne deserto agro nõ eẽt unde uxor ac liberi sui alerẽtur. Q uæ postq̃ senatus a cõsulibus accepit: & agrũ Attilii illico colẽdũ collocari: & alimẽta cõiugi eius ac liberis præberi: resq; quas amiserat redimi publice iussit. Tanti ærario nostro uirtutis Attilianæ exemplũ stetit: quo omnis ætas romana gloriabitur.

ret:q̄ in re nō mius dep̄hēdi p̄t:q̄ta fuerit in pauptate dep̄hēsus.℣ Quæ post̄q̄ senatus.Liberalitatē senatus ostēdit. ℂ Attilii ilico.Sunt exemplaria quæ legunt.& Agrum ædili illico.uel agrum & illi uillico.

THE. CLI. Cæso Ceici/ nati.F.

QUæ magna latifundia.L.Q.Ceicinati.huius uiri uita & historia est ī capit.de moderatiōe notata:uerū ad huius lectiōis expositionē illud nō est p̄termittēdū Cesonē huius Ceicinati filiū adolescēte magni animi fuisse.& in quo præclarum uirtutis specimen appareret.nisi iuidia uulgi ei magnopere obstitisset:a quo damnatus:patrem qui ut soluēdo eū liberaret:res suas omnes ferme distraxerat ad eā inopiā redegit:ut relicta urbe trans Tiberim ruralem uitā agere compulerit.nam cum magna esset inter nobilitatē plæbemq̄ dissensio ob legem agrariā:q̄ lætus accipiebat populus: erat aūt ut uiritim diuiderentur agri:qui bello parti fuerant: qua lege patres de possessione pellebant. Nobiles huic rei summopere resistebant: ergo Ceso cū iuuētute Romana quotiēscunq̄ tribunꝰ legē ferre uolebat:occurrebat.& illi pariter obstabat.hoc aūt faciebat ut cū omnes impedimēto forēt:nulli potissimū ascriberetur culpa. sed cū tribunus plæbis diligētius aīaduerteret Cesonis opus cōcionē habuit ad populum de Cesonis superbia.ī quem grauiter iuectus: nō prius destitit q̄ obtinuit:ut die dicta damnaretur a populo:pro quo liberando pater Ceicinatus distractis rebus suis oībus ad summā inopiā redactus ē.℣ Latifundia.Ampli & lati agri. Ironice aūt loq̄tur.nam fundus teste Seruio dicitur ager in quo sit omniū rerum fundamentum.uel ut uult Varro q̄ sit pecudū & pecūiæ fundamētū.& a late & fundo cōponit latifundiū: Liuius dicit hæc latifundia quintia prata fuisse appellata: ubi deinde naualia facta sunt: dicit.n.Quintius trās Tiberim: ubi nūc naualia sunt:quattuor iugerū colebat agrū: q̄ prata quintia uocāt.Plinius li.xviii.Arāti q̄ttuor sua iugera in Vaticano quæ prata Quintia appellātur Ceicinato uiator attulit dictaturā:& quidē ut tradit Norbanus & nudo plenoq̄ puluere: etiam cū ore cui uiator uela corpus inquit ut proferam senatus populiq̄ Romani mandata.℣ Pro amico. Hunc hominem uilem fuisse constat quando quidem Titus Liuius nullam eius mentionem facit: pro quo Ceicinatus se uadem dederat.℣ Mulctæ.pœnæ. Ad causam dicendam. Ad defendendum se.℣ Quattuor iugera.Nam alia tria obsignauerat ærario.℣ Sed etiam dictatura delata.Cice. in Catone maiore:siquidem aranti.L.Quintio Ceicinato nunciātum est eum dictatorem esse factum:cuius dictatoris iussu magister equitum Seruilius ala Spurium Melium regnum appetentem interemit.℣ Anguste. Vide q̄uariæ sint res hominum si quis nūc septem in eorum domum haberet:uiderentur angusta habitacula ciuibus nostris eo processit iam luxuria Ro.

OLI.

QUid Aelia familia q̄ locuples? Aeliorū familia genere patritio:& ꝑple uigę fecūda multis ēt regę gestagę titulis illustrata:adeo paup fuit ut cū uno rpe sexdeci uiros hꝛet:oēs uno tectu satis angusto cōcluderet: uno agro ꝑexiguo pasceret:uno ēt ī theatro Flāmineo spectādi loco exornaret.q̄ tñ oīa ob clarissimas eorū hoium uirtutes illi resp.donauerat.℣ Mariana mo. Vbi erat sacellū marianū:ī quo suagę regę gestagę monumēta cōtinebāt:ubi magnificētissimū illud senatus cōsultū de reditu Ciceronis in patriā factū fuit: referēte optimo & clarissimo uiro Lētulo cōsule.℣ Mīꝰ.m. Adeo āgustꝰ ut multo pauciorib⁹ posset cultorib⁹ coli q̄ dños hꝛet.℣ Flāmineo:ī theatro sic dicto a flāmīeo quodā q theatrū illd ædificari iusserat.℣ Ob.ui. Nō āt ob nobilitatē.

Maria' na monu menta OLI.

EAdē gēs nullū:Prosequt huius Aemiliæ gētis cōtinētiā pauptatēq̄ describere: eadē inqt gēs nūq̄ i domo sua argētū habuit:sed primū ī eā domū trāslatū fuit:a Qu.Aemilio Tuberone.hic āt Tubero gener fuit Aemilii Pauli eius:q Persā regē uicit:& captū ī triūphū duxit:ex eaq̄ uictoria hoc argētū habuit: nā cū socero suo militauerat ī eo bello & ob eius facta phiala argētea dōatꝰ ē & hoc primū fuit argētū ī Aeliorū domū trāslatū Pli.uero ī fine.xxxiii.li.naturā.hist.dicit hūc Aeliū duo habuisse pocula argētea. Qu.inqt Aeliū Tuberonē cū legati ætolorę ī cōsulatu prādētē ī fictilibꝰ adissent:missa ab his uasa argētea nō accepisse: neq̄ aliud habuisse argēti ad supmū uitæ diē:q̄ duo pocula q̄.L.Paulꝰ socer ei ob uirtutē deuicto Perseo rege dōasset.℣ Scrupulū. Voluit ex pōderis paucitate nihil argēti habuisse:ē āt scrupulꝰ q latino noīe dr̄ obolꝰ:cōstat uero ex sex siliqs: nā siliq̄ minimū pōdus erat apud Ro.qđ græci uocāt κέρατιον : uocauerūt hoc ī granū illud qđ ex ea siliq̄: q̄ nos fabā græcā uulgo dicimꝰ detraxerūt:& ꝑ pōdi primo assumpserūt:alii dicūt scrupulū cōtineri tātūmodo q̄ttuor siliqs siliquā uero quattuor ordei grana cōtinere & calculū & tertiā partē eius calculū quoq̄ geminis lentis granis appræhēdi:uarie igit̄ de his pōderibus sententiæ qui scrupulū dicūt sex siliqs comꝑhēdi uolūt siliquā minimum

pondus esse & post scrupulum ponunt drachmam: q̃ ex decimo & octo siliquis constare uolunt: hoc est ex tribus scrupulis post drachmam argenteum nummum: qui denarius apud Romãos uocabatur: hic ex quattuor scrupulis erat confectus: post hunc sequebatur uncia: quæ ex octo drachmis, siue sex denariis cõstabat: post unciam libra italica: quæ ex, xii, constabat unciis: hoc est denariis septuaginta duobus: sunt qui uelint hanc libram apud græcos μναν dici: quam nos per interpositionem litteræ minã traducere consueuimus: sed mina sine dubio maior est libra nostra. ℣ Genere suo, Paulus Aemilius duas filias habuit quarũ alterã huic: alterã Catoni, M. Catonis maximi filio locauit. ℣ Ieiunos: Exhaustos: legit̃ in eius uita q̃ dos uxori cum dãda fuit uix eius patrimonium suffecit: uxor fuit illi Papiria: quã ut nonnulli uolunt repudiauit alia superinducta: q̃uis ex illa pulcherrimam prolem suscepisset.

Libra Italica Mina Papiria

L. Pauli uxor

OLI. ANimi uirorum, Ratio cur id acciderit: quia Romæ tunc hominum dignitates non ex fortunis: sed eorum uirtutibus ponderabãtur, nam qui animorum bonis diuites erant: his magistratibus: his affinitates ultro deferebantur. ℣ Cunctis in rebus, Siue magistratus demandandos: siue filias collocando. ℣ Hæc, Scilicet bona animi: & declarat q̃a dixerit cunctis in rebus. ℣ Patriæ rem, Vtilitatem & reipu, suæ commodũ. ℣ Pauperq̃, Malebant ĩquit: ut pauperes diues imperium regerent: q̃ diuites exiguum haberent imperium, frustra enim priuata defendũtur: si publica amittũtur. ℣ Atq̃ hinc tam præclaro. Quia occurrebat illud si pauperes erant quomodo id facere poterant? respondet si priuati non poterant: publice pecuniã accipiebãt.

OLI. TAq̃ cum secũdo: Probat exemplis: q̃ pecunia publice erogabatur his: qui reipublicæ intenti: sibi suis opibus adesse non poterant, nam ut legimus apud, T. Liuium decade secũda, cum in Hispania res bene gessissent, P. & Gn. Scipiões, ac Gn. Scipio filiã haberet: quæ eẽt matura uiro & plenis iã nubilis annis: scripsit ad senatũ ut sibi successor mitteretur: quo posset locandæ filiæ consulere: cum non haberet unde illi dotem erogaret, quæ suo esset studio & industria comparanda: quod ubi senatus cognouit filiam eius locauit: dotem ex ærario deprompsit: ne respublica tanto imperatore careret, Frontinus libro quarto, capitulo tertio, Gn. Scipio post res prospere gestas in Hispania: in summa paupertate decessit: ne ea quidem relicta pecunia quæ sufficeret in dotem fœminarum: quas ob inopiam publice donauit senatus. ℣ Adultæ ætatis, Quæ iam nubilis esset. ℣ Habitus, Status: ex hoc ĩqt facile coniici potest quanta fuerit maiorum paupertas: ut dos luxuriosa quoddammodo censeretur: quæ decimum æris fuisset: quantam fuisse legimus quam filiæ suæ dederat Cæso: multo uero maiorem suo tempore admirationis Megule dotem fuisse constat: adeo ut inde cognomen acciperet, nam dotata cognominata est. ℣ Dotatæ: Quasi per excellentiam.

Megula dotata

OLI. IDem senatus, Alia subiungit exempla: quibus ostendit & principum Romanorum paupertatem & senatus liberalitatem qua erga principes suos uirtute præstantes sed inopia laborantes usus est: nam horum filias ex ærario de prompta pecunia uiris in matrimonium condigne locarunt: neq; enim dotis aliquid habebant præter paternam gloriam: quam clarissimis rebus gestis cõsecuti fuerant earum patres. ℣ Ab indotatis, Quia necesse erat ut sine dote nuberẽt: nisi publicæ errogatæ forent. ℣ Vindicauit: Liberauit. ℣ Quod acceptum referrent, Quod ascriberent paternæ hereditatis se recepisse: pro quo etiam gratias agerent.

ex p̃da donaret. Taceo enim q̃ princeps ciuitatis filiã ei nuptui dedit: cuius pecunia tam ieiunos penates uidebat: quin ipse quoq; adeo inops decessit: ut nisi fundus quem unum reliquerat uenisset: uxor eius dotem unde reciperet: non extitisset.

ANimi uirorum & fœminarum uigebant in ciuitate: eorumq; bõis dignitatis æstimatio cũctis in rebus ponderabatur. hæc imperia cõciliabant: hæc iungebant affinitates: hæc in foro: hæc in curia: hæc intra priuatos parietes plurimum poterant: patriæ enim rem unusquisq; non suam augere properabat: pauperq; in diuite: quã diues in paupere imperio uersari mallebat: atq; huic tam præclaro proposito illa merces reddebatur: q̃ nihil eorum quæ uirtuti debentur: emere pecunia licebat: inopiæq; illustrium uirorum publice succurrebatur.

De Gn. Scipione.

TAq; cum secũdo punico bello Gn. Scipio ex Hispania senatui scripsisset: petens ut sibi successor mitteretur: q̃a filiã uirginem adultæ iã ætatis haberet: neq; ei sine se dos expediri posset: senatus ne respublica bono duce careret: patris sibi partes desumpsit: consilioq; uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote: summam eius ex ærario erogauit ac puellã nuptui dedit, dotis modus quadragita milia æris fuit: qua nõ solum humanitas patrum, C. sed ẽt habitus ueterũ patrimonior̃ cognosci põt, nãq; adeo fuerunt arcta: ut Tacia Cesonis filia maximam dotem ad uirum decem milia æris attulisse uisa sit: & Megulia: quia cum quingentis milibus æris mariti domum intrauit: dotatæ cognomen inuenerit.

IDem senatus Fabricii Lucinii Scipioniq; filias ab indotatis nuptiis liberalitate sua uindicauit: quoniã paternæ hereditati præter opimam gloriam nihil erat quod acceptum referrent.

MArcus aũt Scaurus. De hoc uiro in capitulo de fortitudine dictũ est. exiguũ a patre cẽsum adeo recepit: ut p eũ ad senatoriã dignitatẽ non suffragante uirtute peruenire non potuisset. cõstat át ter senatus príncipem multis clarissimisq; honoribus functũ eẽ. legi nõnullos q dicũt huius patrẽ fuisse carbonarium. ℣ Mancipia: seruos. mancipium quicquid manu capitur: quod a priori domino ad alium transire põt. Aec igit exẽpla: Cõcludit hoc de pauptate cap. cũ iuectiõe q̃dã in eos: q rebus magis íhiátes: q̃ honoribus cõ queri nunq̃ desinút: q parua possideát: & se cũ illis cõnumerat: ut tolerabilior habeat iuectio: nos inqt cõsolemur auiditatẽ nostrã eiusmodi uirorũ exẽplis. ℣ Hæc exẽpla: Virorũ & príncipũ Romanorũ: q in exiguo erát cẽsu. ℣ Vacuos eẽ sinimus. i. nunq̃ desistim⁹ cõqueri paruitatẽ cẽsus nostri. ℣ Nullũ át uel. His solatiis acquiescere debem⁹ & cupiditates nras tẽperare q nullum ne mini miqdẽ põderis argẽtũ & cætera: sicut in Aeliorũ familia. ℣ Paucos seruos: sicut Fabritii: Papirii: Scaurii. ℣ Septẽ iugera: Vt Quitii: & Reguli. ℣ Aridæ terræ. Vtpote í pupinia. ℣ Indigẽtia fũera: Vt Valerii publicolæ. M. Menenii Agrippæ. ℣ Inopes dotum filias: ut Marci Attilii. Fabricii Lucinii Scipionis.

OLI.

OLI. Man/cipia. OLI.

h

De. M. Scauro.

MArcus autem Scaurus quantulam a patre hæreditatẽ accepit. in primo libro eorum: quos deuita sua scripsit refert. ait enim sibi decẽ sola mãcipia: totumq; censum quinq; atq; triginta miliũ nũmum relictum: in hac enim ille pecunia futurus senatus princeps nutritus est spiritus.

Aec igit exẽpla respicere: his acquiescere solatiis debemus: q paruulos cẽsus nostros nunq̃ querelis uacuos eẽ sinimus: nullũ aũt uel admodũ parui põderis argẽtũ: paucos seruos: septem iugera aridæ terræ: indigentia domestica impẽsa funera inopes dotum filias: sed egregios consulatus mirificas dictaturas innumerabiles triumphos cernimus.

Quid ergo mẽdicam fortunã: q̃si præcipuũ generis humani malum diuturnis conuitiis laceramus: quæ ut nõ abũdãtibus ita fidis uberibus: Publicolas: Aemilios: Fabricios: Curios: Scipiones: Scauros: hisq; paria robora uirtutis aluit: exurgamus potius ais: pecuniæq; aspectu debilitatos spiritus pristini tẽporis memoria recreemus: namq; p Romuli casam: perq; ueteris capitolii humilia tecta: & æternos uestæ focos: fictilibus ẽt nunc uasis cõtentos iuro nullas diuitias paupertati talium uirorum posse præferri:

OLI.

De Verecundia. Cap. V.

AQua tempestiuus ad uerecũdiam transitus uidet. Hæc. n. iustissimis uiris p̃cepit: ut priuatas facultates negligerẽt: publicas quã amplissimas eẽ cuperẽt: digna cui p̃inde ac cælesti numini tẽpla extruantur: araq; cõsecrent: qa parẽs ẽ ois honesti cõsilii: tutela solemniũ officiorũ: magistra inocẽtiæ: cara p̃ximis: accepta alienis: oi loco: oi tpe fauorabilẽ præse ferẽs uultũ.

OLI. Verecundia quæ

Qua tẽpestiuus ad uerecũdiã: More suo Valerius ad aliud capitulũ trãsitur⁹: p̃fationẽ q̃dã p̃mittit: q̃ hoc superiori cõiungit: ne ex abrupto fieri transitus omnino uideatur: laudat autem uerecũdiam multis clarorum uirorum: qui hac uirtute prædíti fuerunt: exemplis in medium prolatis. Est quidem uerecundia secundũ Aristotelẽ in quarto æthicorum: timor qdam pudoris cõtrahẽdi: iuxta quẽ Ci. hoc mõ diffinit: uerecũdia est custos uirtutum oíum: dedecus fugiẽs laudẽq; maximã conferens: & secũdum has sentẽtias: nũc eã Valerius laudat: nã uerecũdia inserta animis hoíum facit: ut uitiis moderari possint & q̃uis mediũ quoddá habere uideatur: sicut uirtus: nõ tamẽ uirtus est: sed affectus qdã & passio: qđ ita esse p̃bat: uerecundia est timor confusionis: timor autẽ passio est: igitur & uerecundia passio: uerecũdia sine corporis mutatione p̃sistere nõ potest. quemadmodũ timor: nã sicut timor pallorẽ inducit. ita & uerecũdia ruborẽ: uñ Terẽ. de uerecũdo adolescẽte: erubuit salua res est. Curát timor pallorẽ: uerecundia ruborem inducant: hæc ratio ẽ. natura spiritus & humores ad eã p̃tẽ dirigit q̃ mouet. in timore autẽ mouet Cor. ergo p̃turbatione cordis pallor innascit: sed in uerecundia exteriora laborát. unde uultus rubore suffundit. Sciẽdum est duo genera hoíum eẽ: in q̃bus affectus p uerecundiã depræhẽdi nõ possunt. senes per ætatẽ: prudẽtes per uirtutẽ: nam senibus ætas succurrit: quia in ipsis uigor non est: sapientibus uero suffragatur: ergo tantum in iuuenibus & adolescẽtibus cognoscitur: quibus uigor maximus inest. unde Cato dicere solebat se longe plus adolescentibus delectari: quorum uultus rubore potius q̃ pallore perfunderentur. quapropter a flagitiis arceantur adolescentes necesse est. hanc autem græci ἔκχυσιν uocant. unde Terẽtianus ille adolescens eschines. ℣ Tempestiuus: Oportunus: ne abrutus esse uideatur. ℣ Cœlesti numini: Digna ut tanq̃ dea colatur. ℣ Honesti consilii: metu dedecoris. ℣ Tutela: Custos. quia qui uerecũdus est nõ audet in officiis quicquam committere quod dedecus habeat & repræhẽsionem mereatur. ℣ Cara proximus: Quia omnes diligunt uerecundum hominem: & cõtra habent odio insolentem & inuerecundum.

OLI. SEd ut a laudibus eius: De uerecundia plæbis Romãæ primũ posuit exẽplũ: q̃ p̃cipue patuit eo die: quo .L. Flamini⁹ ĩ extrema p̃te theatri cõstituit: hic fr̃ fuit .T. Q. Flaminii: q deuicto Philippo rege Macedoniæ oẽs ciuitates græciæ libertate dõauit: sed qa hic .L. ĩ exercitu ad gratiã Scorti iusserat quẽdã securi p̃cuti: Porti⁹ Cato cẽsor cũ senatu amouerat sicut supra li. ii. ca. de cẽsoria nota: ergo cũ uẽiisset ĩ theatrũ cõscius ignominiæ: ĩ extremã partẽ se recepit: plæbs uero: qa & cõsul fuerat: & senator: & fr̃. T. Flaminii in eũ locũ: quẽ habuerat trãsire coegit. ℣ A cõdita: A pricipio urbis ad hos cõsules q̃ngẽtos & octo fluxisse annos ferũt. ℣ Promiscuus: Cõfusus. sine dignitatis discrimine: plæbei p̃tib⁹ p̃mixti spectabãt. prius ãt q̃ ĩ spectãdis ludis plæbem a patribus supauerit fuit Scipio Aphricanus: q post id factũ popularem auram penitus amisit: ut supra diximus.

OLI. Terentius dictaturam spreuit

TErẽtiũ Varronẽ Lanii cuiusdã fuisse filiũ q ad cõsulatũ populari aura p̃duct⁹ illo calamitoso Hãnibalis tpe cũ ipo Hãnibale apud cãnas ifeliciss̃ime dimicauit Pau. Aemilio eius collega dissuadẽte atq; ẽt iuito: q magis nõ p̃bare q̃ nõ adiuuare eius cõsiliũ poterat: hic uero q tãtæ cladis auctor. extiterat cũ paucis admodũ fugit: cui senat⁹ populusq; Ro. obuiã p̃cessit: & gr̃ias egit: q; de repu. nõ despasset: eidẽ dictaturã obtulit: q̃ uerecũdia mortis recipere nõ sustinuit. Frõtin⁹ li. iiii. de ꝓstãtia. Paulus ĩquit amisso ad cãnas exercitu offerẽte equũ Lẽtulo quo fugeret supesse cladi q̃q̃ nõ p̃ ipm ꝓtractæ noluerit. Sed ĩ eo saxo: cui uulnerat⁹ acclinauerat p̃sedit: donec ab hostib⁹ opp̃ssus cõfoderet̃ Var. collega ei⁹ uel maior cõstãtia post eãdẽ cladẽ uixit: gratiæq; ei a senatu & populo actæ sũt: qa nõ despasset rẽpu. nõ ãt uitæ cupiditate: sed reipu. amor̃ se supfuisse reliquo ætatis suæ tpe approbauit: & barbã capillũq; submisit: & postea nũq̃ recubãs cibũ cœpit: honoribusq; cũ ei deferrent̃ a populo renũcauit: dicẽs feliciorib⁹ magistratibus reipublicæ opus esse. ℣ Acies. s. Romanæ in ea pugna prostratæ. ℣ Speciosius: Honestius eam deposuit q̃ alii gessere.

OLI. NOs ãt ad magna cũ iuidia. Hoc exẽplũ supra memoratũ ẽ li. iii. ca. d̃ his q degenerarũt a parẽtibus. nã Cicereius cũ p̃toriis comitiis cõpetitor eẽt Gn. Scipio. filii⁹ supioris aphricãi oĩbus suffragiis illi p̃põebat̃: hic ergo uerecũdia motus se tãti uiri filio p̃positum iri: ex cõpetitore suffragatorẽ se fecit. ℣ Inuidia. Quia omnes oderant tanti uiri filium competitorem eẽ scribæ. ℣ Carpebat̃. lacerabat̃. ℣ Crimẽ. Quos oẽs fortunã crimiabant̃. ℣ Cẽturiis: q̃ progatiue erãt. ℣ Tẽplo descẽ. Ex loco marti cõsecrato. i. cãpo Martio. q̃d̃ tẽplũ erat. nusq̃. n. cũ populo agi licebat nisi ĩ loco sacro: & oĩs loc⁹ sacer tẽplũ dr̃. ℣ Nec. m. Magnũ fuit p̃ciũ uerecundiæ. nã sibi magno constitit: quia præturam amisit: ut seruaret uerecundiam. ℣ Aphricani. Non autem filio sed patri cuius fuerat scriba & cliens.

Carpebat

OLI. Candidatorũ mores

ACne ꝓtin⁹. Hoc quoq; exẽplũ Ci. ĩ li. de ora. narrat: cũ mos eẽt cãdidatorũ ãbire populũ hoc ẽ unũ quẽq; eorũ q suffragia dabãt mãib⁹ p̃hẽdere atq; orare ut suũ sibi suffragiũ p̃starẽt: q̃d̃ ꝓfecto ieptũ & ĩdignũ uidebat̃: & erat ut uiri patricii cogerẽt̃ se subiicer̃ plæbis hac igit̃ uerecũdia. M. Crass⁹ nũq̃ hoc facer̃ potuit p̃sente Scæuola socero suo hic Scæ. fili⁹ fuit. P. S. iurisꝑiti: & ab hoc dr̃ Ci. q̃ hẽbat iuris ciuilis sciẽtiã q̃tacũq; fort accepisse. ℣ Ne. p. Ne statĩ ĩgt rẽliq̃m⁹ cõicia: d̃ qb⁹ mẽ-

SEd ut a laudibus eius ad facta ueniamus. a cõdita urbe usq; ad Aphricanũ & Tiberiũ Longum consules: promiscuus Senatui & populo spectãdorũ ludorum locus erat: nunq̃ tamẽ quisq̃ ex plæbe in theatro ante. P. C. spectare sustinuit: adeo circũspecta nostræ ciuitatis uerecunda fuit.

QVæ quidem certissimum sui documẽtum ẽt illo die exhibuit. quo. L. Flaminius extrema in parte theatri cõstitit: quia a .M. Catone & .L. Flacco censoribus senatu motus fuerat: consulatus iam honore defunctus: frater etiam. T. Flaminii Macedoniæ Philippiq; uictoris: omnes enim eum transire in locum dignitati suæ debitum coegerunt.

De Terentio Varrone.

COnfregit rempublicam Terẽtius Varro Cãnẽsis pũgnæ temerario igressu. Idẽ delatã ab uniuerso senatu & populo dictaturã recipere non sustinẽdo: pudore culpã maxiæ cladis redemit: effecitq; ut acies deorũ ire: modestia ipsius moribus imputaret̃. Itaq; titulo imaginis eius speciosius ñ recepta dictatura: q̃ aliorum gesta ascribi potest.

De Gn. Scipio. & scriba Cicereio.

NOs ãt ad p̃clarũ uerecũdiæ opus transgrediamur: magna cũ inuidia fortuna p̃toriis comitiis Aphricani supioris filiũ Cn. Scipionẽ: & scribã Cicereiũ in cãpũ deduxerat: utq; nimis ipotens sermõe uulgi capebat̃: q; tãti uiri sanguinẽ clientelãq; comitiali certamine cõfuderat. Cæterum crimen eius in suam laudẽ Cicereius cõuertit. Nam ut uidit omnibus se centuriis Scipioni anteferri: templo descendit: abiectaq; cãdida toga: competitoris sui suffragatorem se agere cœpit: ut scilicet præturam melius Aphricani memoriæ concederet: q̃ sibi uendicaret: nec & si maximo uerecundiæ præcio Scipio tũc honorem adeptus est: sed Cicereio magistratus lati sunt.

De. L. Crasso.

ACne protinus comitiis habeamus consulatũ petens. M. Crassus quum oium candidatorũ more circum forum supplex populo ire coge

tionē fecim⁹.⁊ Maiorē ue.ac ſi diceret plus ueneratiōis auctoritati ſcæuolæ:q̄ mgr̄atui quē petebat p̄ſtitiſſe uidet.

OLI. POmpeius āt.m.De uerecūdia magni Pōpeii dicit:q cū acie pharſalica uict⁹ fuiſſet: Lariſſā Theſaliæ ciui tatē ſe cōtulit:ubi Corneliā uxorē ſuā tātiſp locauerat dū uideret exit⁹ belli:ubi cū tot⁹ popul⁹ honoris gratia obuiā ꝓcederet uerecūdia motus:ite inqt & iſtud officiū p̄ſtate uictori.Lucāus:ſed qd opus uicto populis aut urbibus inquit uictori præſtate fidē.⁊ Dicerē: Adulatur.Valerius indignus inquit Pōpeius uinci niſi uictus eſſet a Cæſare:qui tantus eſt imperator:ut ab illo uinci non ſibi turpe fuerit.

reť:nunq̄ adduci potuit: ut id præſente.Q. Scæuola grauiſſimo & ſapiētiſſimo uiro ſocero ſuo faceret.Itaq̄ rogabat eū ut a ſe dū iepte rei iſeruiret diſcederet: maiorē uerecūdiā dignitatis eius:q̄ cādidæ togæ ſuæ reſpectū agēs.

De Pōpeio magno.

POmpeius āt magnus pharſalica i acie uictus a Cæſare: quū poſtero die Lariſſam intraret: oppidiq̄ illius uniuerſus populus obuiam ei ꝓceſſiſſet:ite inqt & iſtud officium præſtate uictori:dicerem non dignus qui uinceretur niſi a Cæſare eſſet ſuperatus:certe modeſtus in calamitate.Nā quia dignitate ſua uti iam non poterat:uſus eſt uerecundia.

De.C.Iulio Cæſare.

QVam p̄cipuā in.C.quoq̄ Cæſare fuiſſe ſæpe numero apparuit:& ultimus eius ſignificauit dies:cum pluribus.n.parricidar& uiolatus mucronibus iter ipſum:& illud tēpus quo diuinus ſpiritus mortali ſecernebať a corpore: ne tribus q̄dem & uiginti uulneribus quin uerecūdiæ obſequereť abſterreri potuit:ſiq̄dē utraq̄ togā manu demiſit:ut inferior pars corporis tecta collaberetur:in hunc modum non hoies exſpirant: ſed dii immortales ſedes ſuas repetūt.

Externa De Spurina.

QVod ſequitur externis adnectā: quia ante geſtū eſt:q̄ æthruriæ ciuitas dareť: excellentis in ea regione pulchritudinis adoleſcens noie Spurina: cū mira ſpecie cōpluriū fœminarū illuſtriū ſollicitaret oculos:ideoq̄ uiris hac parētibus earum ſe ſuſpectum eſſe ſentiret:oris decorem uulneribus confudit: deformitatēq̄ ſanctitatis ſuæ fidem: q̄ formam irritamentum alienæ libidinis eſſe maluit.

De quodā ſene Athenienſi.

ATheniſ q̄dē ultimæ ſenectutis cū ſpectatum ludos i theatrū ueniſſet: eūq̄ nemo e ciuibus ſeſſum reciperet:ad Lacedæmonioſ& legatos forte peruenit:q hominis ætate moti canos eius & annos aſſurgēdi offō uenerati ſunt:ſedēq̄ ei iter ipſos honoratiſſimo loco dederet:qd ubi fieri populus aſpexit maxio plauſu alienæ urbis uerecūdiā cōprobauit ferūt tunc unum e Lacedæmoniis dixiſſe: ergo Athenienſes

OLI. QVā p̄cipuā:Iulius Cæſar q primus imperator rēp.occupauit:cū in capitoliū aſcēdiſſet ubi ſenatus habebaſ & frequētiſſimus tāq̄ illi nouos & amplиſſimos honores demādatur⁹ cōuenerat:iāq̄ parati eēnt iterfectores q in ei⁹ cædē cōſpiraueráť:ubi uidit Brutū ſtricto gladio i ſe ruētē dixiſſe ferť:& tu fili:nā illū nō ſecus ac filiū dilexerat:deide togā ad talos uſq̄ demiſit:ne qd moriēs obſcænitatis oñderet:q̄ magna fuit uerecūdia:ut ēt i ipa morte hōeſtatis memor eēt: nec illū malor& cōſpiratio: aut uulner& atrocitas puerteť potuerūt ut obliuiſceretť uerecūdiæ.Sueto.Cæſar iqt:ut aīaduertit ſe undiq̄ ſtrictis pugiōib⁹ peti:toga caput obuoluit ſimul ſiniſtra manu ſinum ad ima crura deduxit: quo honeſtius caderet etiā inferiore corporis parte uelata.⁊ Diuinus ſpiritus.Quia Cæſar iter deos dicitur eē tráſlatus.⁊ Demiſit: Vſq̄ ad talos.⁊ In hūc modū.Laudat Cæſarem cum aſſentatiōe more ſuo.q.d.Cæſar hoc uno pereundi modo non ſe hominem: ſed deum eſſe declarauit.

Cæſaris i morte uerecūdia

OLI. QVod ſeqť:Ingēti laude p̄ dicāda modeſtia q̄ ſeqť:cui⁹ exēplū tō dicit extremis adiugēdū poti⁹q̄ dōeſticis cū tuſc⁹ eēt adoleſcēs ille de quo loqť: qa uerecūdiā hāc egit ille añquā tuſci eſſent rōana ciuitate dōati.fuit āt eiuſmōi exēplū:qđ ſi in xp̄iano adoleſcēte iueniret una oium uoce laudareť.Spuria p̄ſtātis formæ adoleſcēs: matronar& & uirginū oculis iſidioſus erat: q̄ppe q nō ſine cupiditate aſpici poſſe uideretť:tāta ei⁹ formæ uēuſtas:ut iā uxores & filias habētibus ſuſpectus admodū eēt.hic ergo cū uideret ſe cām eē plerūq̄ diſſidii iter uir& & uxorē adeo moleſte tulit.ut ingreſſus cubiculū:oē& uultus oriſq̄ decorē illaris uulneribꝰ cōfuderit:& ſe cicatricibus aſpectu deformē reddiderit:maluit deformitaté ſuæ caſtitatis eē teſtimōiū: q̄ formā alienæ libidinis irritamētū: ſūt q putāt hūc fuiſſe Spuriná Cæſaris aruſpicē qđ mihi non placet.⁊ Ciuitas dona: Anteq̄ ciues rōani fierēt æthruſci:ná cōſtat æthrurie datā aliq̄n fuiſſe ciuitaté.⁊ Solicitaret ocu.qa q̄cunq̄ icederet mulieres i eū oculos cōiiciebāť:& mouebāť ea& aī:q̄ laſciuioribus oculis eēnt uiris & parētib⁹ ſuſpectiores reddebāť:ut uerſus ille.o facies oculis iſidioſa meis.⁊ Suæ ſan.ut oēs crederēt eū icorruptū & nulla ꝓrſus libidīe uexatū:qđ animi ꝓpoſitū in chriſtiano miris laudibus extolleretur.

Spurina adoleſcens faciem uulneribus deformauit

OLI. AThenis quidam: legati lacedæmonum forte Athenis erant cum ederentur ludi:uenerunt ergo in theatrum & ipſi ſpectatum:& cum iā cōſediſſent omnes & ludi agi cœpiſſent: ingreſſus eſt theatrum ſenex quidam: qui cum ſua quiſq̄ loca occupaſſent totum theatrū circuibat locū quærēs:tādē uenit ad hos legatos: q uiſo ſene aſſurrexere:&

locum ei dedere:tum athenienſes plauſum dedere uidentes tantam legatis ineſſe uerecundiam:quorum unus di xiſſe fertur:athenienſes probe ſcire quid rectum ſit & honeſtum:cæterum illud negligentia prætermittere. Cice/ro in Catone maiore.Memoriæ inquit proditum eſt cum athenis ludis quidam grandis natu in theatrum ueniſ/ſet magno cõſeſſu nuſq; ei locũ datum a ſuis curibus:cũ autẽ ad lacedæmonios acceſſiſſet:qui legati cum eſſent cer/to in loco conſederant:conſurrexiſſe omnes illi dicunt & ſenem ſeſſum recepiſſe:q cũ a cuncto cõſeſſu plauſus eſ/ſet multiplex datus memoriæ proditum eſt dixiſſe ex his quendã athenienſem ſcire q̃ recta eſſent:ſed facere nolle.

quid rectum ſit ſciunt:ſed id facere negligunt.

De amore coniugali. Cap. VI.

OLI. Placido & leui affectu:Trãſit ad Ca/pitulũ de amore cõiugali:ubi eorũ: narrant exẽpla q ſolubili iter ſe di/lectionis nexu fuerũt i ea ſorte copu/lati:ſed more ſuo laudat i hac p̃fatiõe talẽ aio/rũ affectũ. ℣ Cõcitatiorẽ:uehemẽtiorẽ. ℣ Legi/timi amoris: Quia certa lege cõfœderati ſunt uir & uxor.qcqd aũt lege tenet legitimũ dicit. ℣ Stabilitæ:qa nõ ad tẽpus amarũt & ad tẽpus deſtiterunt. ℣ Quia excellẽtiſſima: Vere inquã eſt ardua:qa quæ in aliis magna & ſolẽnia re/cognoſcit erubeſcit: ſi ipſe mediocria nõ p̃ſtet.

Legiti mus amor

OLI. Iberius Gracchus:Cice.li.de diuina tiõe.Quid Tiberius Gracchus.P.fi/lius qui bis cẽſor & cõſul fuit: idẽq; & ſũmus augur & uir ſapiẽs ciuiſq; p̃ſtans.nõne ut.G.Gracchus eius filius reliquit ſcriptũ duobus anguibus domi compræhẽſis aruſpices cõuocauit: q cũ reſpõdiſſent:ſi marẽ emiſiſſet uxori breui tpe eẽ moriẽdũ:ſi fœmi/nã.ipſi:equius eẽ cẽſuit ſe maturã mortẽ oppe/tere:q̃.P.Aphricãi filiã adoleſcentẽ in tẽpeſtiua fata icurrere fœminã dimiſit:ipe paucis dieb9 poſtea mortuus eſt.Plini.li.vii.naturalis hiſto/riæ ca.de pietate. Gracchorũ inqt pater angui/bus cõpræhenſis in domo cũ reſpõderetur ip/ſum dicturũ alterius ſexu interempto: immo uero inqt meũ necate. Cornelia.n. iuuenis ẽ & parere adhuc poteſt:hoc eſt erat uxori parcere & reipublicæ cõſulere.idq; mox conſecutũ eſt. ℣ Obitũ ſuũ:Et ita quoq; fuit: nã Cornelia ſu/perioris Aphricãi filia.T.Graccho uiro ſuo ſu/peruixit. ℣ Itaq; Cornelia:Hanc ut ſupra dixi/mus in ca.de reconciliatis:Gracchus poſt factã ad ſacras mẽſas recõciliationẽ accepit uxorem.

De Admeto rege Theſſaliæ.

CLI. Theſſaliæ rex. Admetus rex theſſa/liæ graui morbo iplicit9 p legatos Apollinẽ de ſalute conſuluit.Apol/lo reſpõdit ita eum uiuere poſſe: ſi quẽpiã inueniret:q uellet ꝓ eo fata ſubire:ten/tatis igit oĩbus ꝓpinquis amicis:clientibus: & ipſis denicq; ſeruis ſola uxor inuẽta eſt: q̃ pro eo mori uoluerit. reprehẽdit aũt & quodãmodo

Admeti uxor pro uiro mori ſuſtinuit

Te theſſaliæ rex Admete crudelis & diri fati crimine ſub magno iudice dãnatũ:q cõiugis/ruæ fata pro tuis ꝓmutari paſſus es eaq; ne tu extiguereris uolũtario obitu cõſũpta:lucẽ ĩtueri potui/ſti: & certe prius parẽtũ ĩdulgẽtiã tẽptaueras fœmineo aĩo ipar inuẽtus.

De.C.Plautio.

Vilior Graccho iniquæ fortunæ uictima q̃uis ſenatorii uir ordinis.C.Plautius Numida:ſed in conſimili amore par exemplũ:morte enim uxoris audita:doloris impotẽs pectus ſuũ gladio per/

deteſtat eũ Valerius q fideliſſimæ uxori ſuperſtes eẽ uoluerit:fuit hæc Alceſtis noĩe filia Pelei patruelis Iaſonis Theſſaliæ regis: fœmina qdẽ formoſiſſima ex q̃ natus eſt Eumelus Admeti filius q ad Throiã cũ aliis græcorũ ducibus ueniẽs.xi.p̃fuit nauibus:hæc uſq; adeo uirũ amauit: ut uolũta/riã pro illo mortẽ ſuſcipere nõ recuſauerit:de qua Seneca in Medea dixit.Cõiugis fatũ redimẽs Pherei uxor impẽ/dit animam marito.Ouidius libro tertio de ponto:de uxore ſua dixit ſi mea mors redimenda foret quod abomi/nor eſſet Admeti coniunx q̃ ſequereris eras.Iu.in ſatyra:credo pudicitiam dixit:ſpectat ſubeuntem fata mariti al/ceſtem:& ſimilis ſi permutatio detur:morte uiri cupiant animam ſeruare catellæ: hanc Plato dicit in ſympoſio propter hoc factum meruiſſe a diis immortalibus: ut ab inferis reuocaretur ad ſuperos. ℣ Sub.ma.iu.ſ. Apollineo.

OLI. Vilior Graccho: Hic ſenatorius hõ fuit dignitate nõ mediocri:cæterũ Graccho lõge iferior: cui nulla in re cõferri poſſe uĩ:niſi i amor cõiugali:adeo miſere uxorẽ amauit:ut audita eius morte ei diuti9 ſupeſ/ſe noluerit:nã ſibi q̃primũ pect9 gladio trãſfixit ĩpatiẽtia doloris quẽ ſupuẽiẽtes amici & domeſtici gra/uiter caſtigarũt:& iceptũ op9 exeq nõ ꝓmiſerũt:q̃q̃ a ꝓpoſito deterreĩ:& a cõſtituta i aĩo ſuo morte re/uocaĩ ñ potuerũt:nã ide amoris arbitris oĩb9 faſcias diſſoluit:uuln9 diſrupit & cõſtãti aĩo ſpiritũ emiſit. ℣ Vilior: Qui nõ tãtæ dignitatis fuit. ℣ Iniq̃ fortunæ uictima: q̃uis. ℣ Sæuæ.quæ illorũ amorẽ diremit. ℣ Impotẽs pectus ſuum gladio percuſſit:Impatiens. ℣ Occaſio data:ſcilicet abſentibus amicis. ℣ Faſciis:quibus erat alligatus.

Iusdem nois. Hoc fuit cõfecto iã bello maccdonico: in quo Romani quorũdã Asiæ populorũ armis & opa fuerãt usi: debellata ergo ꝓuincia & paratis rebus oĩbus: cũ ad socios remitterent classem: ei legatiõi præfecere. C. Plauciũ senatoriũ uirũ & i republica nõ obscurũ: qui cũ Tarẽtũ ꝓueniſſet uxor eius Horestilla quã itineris comitẽ secũ adduxerat morbo implicita perit: cuius mortẽ cũ æquo aĩo ferre nõ posset iter ipiam funeris officiũ stricto ensi icubuit: & ita quos semel fortuna cõiunxerat mors nõ diremit: nam uterq; eodẽq; rogo cremati & eodẽ sepulchro cõditi fuerũt tituluſq; sepulchro inscriptus φιλουντων ταφος amãtum monumentũ. ℣ Vngendi: & apud maiores cadauera ꝓciosis qbusdã unguentis deliniebant: & i rogis multa simul aromata cũ cadauerib9 cremabant: unde legit de Sylla tantã multitudinẽ aromatũ fuisse in eius rogo cõsumptã ut imago eius his unguẽtis effigiẽ quãdã cõtraxerit. Verg. in. vi. de miseno: corpusq; lauãt frigẽtis & ungunt. ℣ Nec dubito: Loquit secũdum epicureos q dicebãt nullum sensum remanere post mortẽ: sed oĩa pariter cũ corpore extingui. ℣ Consortionem: Coniunctionem.

Vngẽtorum multitudo i Scyllæ funere

OLI.

Onsimilis affectus Iuliæ. Iulia Pompeii morit. Plut. in uita Põpei sic tradit. comitiis ædiliciis cũ máus qdã conseruissent & circa Põpeiũ multi cecidissent: cruore cæsaꝝ ꝓfusus uestes mutauit: & cũ multus seruoꝝ tumultus ad ædes ei9 fieret iterferẽdũ uestes puella pregnãs uisa cruenta toga cõcidit: nec multo post abortiuũ enixa periit. ℣ Aedilicijs co. Quib9 creabant ædiles. ℣ E cãpo. s. Martio ubi habebant comitia. ℣ Exanimis. Mortua ná inter exanimũ & exanimatũ hoc itereſt: q exanius dr mortu9. Ver. Exanimũq; auro corpus uẽdebat achilles. Exanimatus. uero metuẽs & ꝓterrit9 idẽ Exaniata sequẽs ipigeret agmia muris. ℣ Cõsternatiõe. Mẽtis cõturbatõe: ná ꝓsternat9 mẽte ꝓturbat9 & subito casu ꝓterrit9 a sternuto deductus qa cũ sternutam9 toto corpe cõmouemur. ℣ Orbis detrimẽto. qa post hui9 mortẽ secura bella ciuilia iter Cæs. & Põp. q̃ totũ terraꝝ orbẽ graui clade ꝓcusserũt. ℣ Cõis sãguinis uículo. Hac una. s. affinitate: qa si uixisset Iulia potuit Põpeium eũ socero prẽ suo i ꝑpetua cõcordia tenerẽ.

OLI.

℄ Hac una affinitate. Inde Luc. pharsaliæ prio. Nam pignora iuncti sanguinis: & duro ferales omine tedas Abstulit ad mães pcaꝝ Iulia sæua intercepta manu. Quod si tibi fata dedissent Maiores in luce moras: tu sola furentem Inde uirum poteras: atq; hinc retinere parentem Armataſq; manus excusso iungere ferro.

THE.

Vosquoq; castissimos ignes Porcia. Porcia Catonis filia uirũ suũ Brutũ tãtopere amauit ut audita eius morte cũ illi supesse nullo modo uelet: nec ferrũ daret quo se trãsfigeret: ná ab ea oẽ telorũ genus a domesticis hoc ipsum timẽtibus fuerat amotũ: nouã ipsa mortis uiã inuenerit: ná carbones ignitos auidissime hausit: & nouo læti genere cõsumpta ẽ: hæc ut i ca. de fortitudine dixius cognito uiri cõsilio qd̃ de iterficiẽdo Cæsare cũ Cassio cœpat: prius q̃ tãtũ facinus aggrederet Brutus expiri uoluit nunqd posset fortiter mori si res marito ifeliciter cessisset & accepta nouacula simulãs ungues uelle ꝑcidere manũ sibi non leuiter sauciauit. ℣ Ignes castissimos. amores pudicissimos. Vergilius. Et ceco carpitur igni. i. amore. ℣ Admiratiõe. non solum laude. ℣ Virum brutum cognoscere. M. Brutus ut quidã uolunt Seruiliæ Catonis sororis filius portiam Catonis defuncto priore marito duxit uxorem. ℣ Philippos. scilicet campos uidelicet in Thessalia. ℣ Victum: ab Antõio & Augusto.

OLI.

De Porcia Catonis filia uxore Bruti.

. M. Bruti occaſ9

p Patris exitum, quia sicut pater, s. Cato uticensis post reipub. partes in Aphrica profligatas: ubi uidit nullam sibi libertatis spē esse relictam maluit sibi fortiter mortem inferre q̄ in tyranni seruitutem concedere: ita tuo Portia uiriles magis q̄ muliebres animos gerens: sed fortasse facinus tuum aliquanto fortius fuit patris facinore: nā ille usitato modo moriendi se occidit: scilicet gladio: tu uero inusitato genere mortis: idest carbonibus.

OLI. Artemisia

SVnt & alienigenæ, transit ad externa quor̄ primū ē Artemisiæ regiæ filiæ Lygdami Alicarnasei: & uxoris Mausoli regis cariæ q̄ uirū amasse fert supra oēs amorū fabulas ultraq; affectiōis humānæ fidē. Mausolus ár fuit ut Cice. refert rex terræ Cariæ ut qdā historiarū græcarū scriptores, puinciæ græciæ p̄fectus: quē græci σατραπην uocant: is Mausolus ubi fato, pfunctus est iter lamēta & māus uxoris funere magnifico sepultus ē, artemisia luctu & desiderio mariti flagrās ossa cinerem q; eius mixta odoribus cōtusaq; i pulueris faciē aq̄ īdidit ebibitq;, multaq; alia uiolētis amoris īdicia fecisse dicit molita quoq; ē igēti īpetu opis cōseruādæ mariti memoriæ cā sepulchrū illud memoratissimū dignatū q; numerari iter septē oium terrarū spectacula, id monumētū Artemisia cū diis manibus sacris Mausoli dicaret agona id ē certamē laudibus eius dicundis fecit posuitq; p̄mia pecuniæ aliarū q; rer̄ bonar̄ amplissima, ad eas laudes decātādas uēisse dicunt Theopōpus, Theodoctes, & Naucratites & ut qdā uolūt Isocrates huius ār certaminis uictorē Theopōpum fuisse tradūt: is fuit Isocratis discipulus Cic. tusc. li. iii. Et Artemisia inqt illa: Mausoli cariæ regis uxor: q̄ nobile illā Halicarnasi fecit sepulchrū quoad uixit sp uixit ī luctu, eodēq; ēt cōfecta cōtabuit: huic erat illi opinio quottidie recēs, q̄ tū denic̄ appellabat recēs cū uetustate exaruit. Strabo li. xiiii. tū Halicarnasus inqt prīcipū Cariæ regia q̄ prius zephira hoc in loco ē Mausoli sepulchrū: unū e septē spectaculis qd illi Artemisia uxor cōstruxit. Ité paulo īferius: nā hecatonn9 Cariæ rex tres habuit, filios Mausolū, Idreū & Pyxodarum: & filias duas e qbus Artemisia grādior Mausolo ex fratribus grandiori nupsit secūdo uiro: Idreo altera soror data ē noīe Ada: Mausolus itaq; regnauit: quo mortuo uxor imperium habuit: quæ illi sepulchrum construxit Artemisia tabe consumpta propter luctum quem ex uiro suo susceperat: hæc Strabo, qui non conuenit cū Herodoto de Artemisia, nam Herodotus hoc historiarū, viii, dicit Artemisiā ligdami Halicarnasei non Hecatonni cariæ regis filiā fuisse, ℣ Ad septem miracula, puecti Pli. lib. xxxvi. naturalis historiæ hoc inter septē mūdi miracula cōnumerari dicit, Sculptūq; fuisse: a quattuor hoīum p̄stātissimis, Scopa Brya, Timotheo & Leochare patere ab austro & septem trione sexagēos ternos pedes, Breuius a frōtibus, toto circuitu, pedes quadringētenos undecim attoli in altitudinē, xxv, cubitis: cingi colūnis, xxxvi, ab oriente cælasse scopā a septētriōe Bryā, a meridie Timotheum, ab occasu leocharē, & subiūgit Artemisiā reginam tanti opis auctorem opere nundum absoluto perisse, Sculptores tamen inde non recessisse nisi prius perfecto opere, quod suæ gloriæ & ipsorum arti perpetuum monumentum fore uiderent. Cuius rei multi meminere scriptores atq; poetæ,

OLI. Hipsycratea Mithridatis uxor Mithridatis pōti rex

HIpsycratea quoq;. De effuso amore Hipsycrateæ reginæ uxoris Mithridatis regis pōti dicit, quæ mutato fœmineo cultu spretoq; matronali decore cuius auidæ nimium solēt esse mulieres uirilem habitū sumpsit, capillos incidit: equos & arma tractauit: ut in omni fortuna uirum sequi posset quē a Pōp, iuperatum per solitudines & barbaras gentes fugientē mira quadam animi & corporis fortitudine comitata est hæc sibi dissuadenti uiro dixisse fertur, quos sors una coniunxit his debet quo res eūq; cadāt unū & cōe periculū una salus ambobus eē. Hic Mithridates pōti & Bithynæ rex inclytus fuit de quo Pli. li. xxv. nat. hi. sic tradit Mithridates maximus sua ætate regū quem debellauit Pompeius omnium ante se genitorū diligentissimus uitæ fuisse argumentis præterq̄ fama intelligitur uni ei excogitatū quotidie uenenū bibere p̄sumptis remediis, ut cōsuetudine ipsa innoxiū fieret, de cuius memoria paulo īfra sic inqt, illum solū mortaliū Mithridatem, xxii, linguis locutum certum est nec subiectis gētibus ullum hoīem per interpretē appellatum ab eo annis, lvi, quibus regnauit, quod & Gellius & Solinus affirmauit q quod maius ē unumquēq; suo noīe ex tot milibus appellare soli tum fuisse dicunt proinde lingua & oratione uniuscuiusq; non minus scite q̄ si gentilis eius fuisset locutum fuisse. De cuius morte uaria tradunt auctores nam alii dicunt uictum a Pompeio, cum sibi mortem inferre decreuis-

Externa.

SVnt & aliēigēi amores iusti obscuritate ignorantiæ non obruti. e quibus paucos attigisse satis erit. Gētis Cariæ regina Artēisia uir̄ suum Mausolū fato absumptum quātopere desiderauit: leue est post conquisitor̄ ois generis honorum monumentiq; usq; ad septem miracula, puecti magnificētiā argumētari. Quid. n. aut eos colligas: aut de illo iclyto tumulo loquere? quō ipsa Mausoli uiuum ac spirans sepulchum fieri concupierit? eorum testimonio qui illam extincti ossa potioni aspersa bibisse tradunt.

De Hipsycratea Vxore Mithridatis.

HIpsycratea quoq; regina Mithridatē coniugē suū effusis caritatis habēnis amauit: pp quē præcipuū formæ suæ decorē in habitum uirilem conuertere uoluptatis loco hūit: tonsis. n. capillis quo se & armis assuefecit: quo facilius laboribus & periculis eius interesset q̄net uictum a. Gn. Pō. per efferatas gentes fugientem aio pariter & corpe ifatigabili secu-

set. Violētissima uenena sūpsisse deniq; se gladio trāsfixisse Pli. de uiris illustribus dicit illū uenenū sumpsisse quo tarde agēte pcussorē gallū atroci uultu territū reuocasset. i. cædē suā manū trepidātis adiuuisse. Alii uero acutissimo ueneno extinctū fuisse asserūt: quoꝝ opinionē Lucan⁹ secutus ē li. i. cū dixit. post cilicasq; uagos. & lapsi pōtica regis. Prælia barbarico uix cōsumata ueneno. ꝙ Mithridatē cōiugē. sūt q dicāt. nō mithridatis uxorē fuisse sed cōcubinā: cui⁹ snīæ ē Plutar. i uita Pōpei. ꝙ Tōsis capillis: more uiroꝝ. ꝙ Efferatas: crudeles & barbaras. Vex quid asiæ pp Artemisiā. ꝙ Quid latebras pōti. pp Hipsycratæā Mithridatis uxorē. ꝙ Toti⁹ græ. de. Nā Lacedæmones aliquando græcorum principes fuere subactis Athenensibus. ꝙ Specimen. Experimentum. Tantū ꝙ Tātum nō: peculiare Valerii dictum ferme. non

ta est cuius tāta fides asparū atq; difficiliū rerum Mithridati maximū solaciū & iocundissimū lenimentū fuit: cū domo. n. & penatibus uagari se credidit uxore simul exulāte.

De Lacedæmone.

VErū qd Asiā? qd barbariæ imensas solitudines? qd latebras pōtici sinus scrutor? quum splēdidissimū totius Græciæ decus lacedæmon pcipuū uxoriæ fidei specimē tātū nō nris ostētēt oculis? plurimis & maximis: prīæ suæ laudibus admiratiōe facti cōparandum.

De Minyis.

MInyæ quorū origo ex iclyto sociorū Iasonis nūero lemnioꝝ ī īsula cōcepta p aliquot seculoꝝ uices stabilis ī sede māserat: a pelasgicis expulsi armis aliēæ opis idigētes excelsa Taygetorū mōtiū iuga supplices occupauerūt: quos Spartana ciuitas respectu tyndaridaꝝ: nāq; in illo nobilis famæ nauigio destinatū sideribus par fratrū fulserat deductos ide legibus cōmodisq; suis imiscuit: sed hoc tantū beneficiū ī iniuriā: benemeritæ urbis regnū affectātes uerterūt: igit' publicæ custodiæ iclusi capitali seruabātur supplicio: qd cū uetere īstituto Lacedæmonioꝝ nocturno tpe passuri eēnt: cōiuges eoꝝ illustris ibi sāguinis: uelut allocuturæ pituros uiros īpetrato a custodib⁹ aditu carcerē itrauerūt: cōmutataq; ueste p simulatiōnē doloris uelatis capitib⁹ eos abire passæ sūt. Hoc loco qd aliud adiecerim? q̄ dignas fuisse q̄bus Minyæ nuberēt.

De Amicitia. Cap. VII.

GAius ãt Cæsar. Sylla deuictis Marianis ptibus: Cæsari q p Iuliã eius amicã erat Mario sũma necessitudine cõiũctus morte machinabat. Erat. n. Cæsar minoris Marii cõsobrinus: sed ab ea re sæpius fuit sylla phibitus a multis: q dicerẽt: iniquũ eẽ tãtæ idolis pueꝛ inocẽter occidere: quos ille demẽtes appellabat q nõ ꝓuiderẽt q ꝓ puer male ꝓcinctus mille marios hꝛt i corpore. hæc igit cũ ad Cæsarẽ ꝓlata forẽt urbe clam egressus i sabinis aliquãdiu ꝓua gratus delituit postea a syllanis militibus q p ea loca latitãtes disqrebãt: forte q̃dã deph̃ẽsus a cornelio eoꝛ duce duob9 se talẽtis redemit mox ide asiã petẽs circa pharmacusam ĩsulã capit a piratis qb9 ab eo q̃dragĩta talẽta ꝓ redẽptiõe pollicit9 post modũ suis ad hãc expediẽdã pecuniæ q̃titatẽ dimissis: apud cilices duo de q̃dragĩta uersatus dies: illis p iocũ sæpe crucẽ minatus: cũ allatis tãdẽ pecũiis ab eis liberat9 eẽt: paulopost ĩstructis nauibus e milesioꝛ portu p̃dones aggredit. quos captos crucib9 oẽs affixit. ℣ Aditum i cœlũ. Assentat Va. more suo. ℣ Cõsortibus diuinitatis. Quia Cæsar iter cæteros deos cõnumeratus: diuios honores cõsecut9 ẽ: Cæs. laudes Pli. lib. vii. natu. histo. sũmati pstringit.

THE. ℂ Pharmacusam. Pharmacusæ nõ ꝓcul a Salamine duæ sunt ĩsulæ. Tertia reddit ad Miletũ nobilis Attali cæde. quã Valerius. & Suetõius intelligunt. superiora Stephanus.

OLI. PErditæ luxuriæ. Polemõ atheniẽsis philostrati fili9 pago accẽsi oriũdus fuit adolescẽs adeo ꝓditæ luxuriæ: ut teste Laertio pecũias circũferret quo ẽt ad oẽs explẽdas uoluptates paratior & ĩstructior. eas itidẽ i uiis & ãgiportis occulebat in Academia quoq; iuxta colũnã quãdã pecunia dr̃ repta ab eo illic i usus similes recondita. igit cũ forte suis cũ sodalibus cœnasset corona tus: & a primo mane usq; ad sequẽtis diei occasum in cenãdo tp̃s triuisset: postea ebrius & corõatus: scholã Xenocratis irrupit: & legẽte philosophũ sedẽs attẽtis auribus cœpit audire: q̃d ubi uidit Xenocrates omissa oõne q̃ cœpat de pudicitia & tẽperãtia differere cœpit: uel ut alii dicũt: tũc forte illi sermo erat de puditia quẽ uiso polemone ardẽtius ꝓsecutus ẽ: ex quo illud secutũ eẽ dicũt: ut ĩpudẽs adolescẽs paulatĩ se colligeret: diligẽterq; q̃lis eẽt cogitaret: & anteq̃ schola egrederet seipsum cõpõeret: ex quo adeo ĩmutatus ẽ ut postea studio & industria cæteros anteiret: sic quoq; cũctos superaret indies ꝓficiẽdo: ut tãdẽ Xenocrati i regẽda scholã succederet. ℣ Perditæ: Eo q ꝓdat qui eam sequuntur quasi detestandæ. ℣ Illecebris & infamia. Quæ sequebatur ex luxuria. nam ĩfamiã tota nocte complectebat. ℣ Nõ post occasum. Significat ipsum aboriẽte sole usq; ad occidẽtẽ cõtinuasse cõuiuiũ. ℣ Xenocratis. stoicus fuit pstãtissimus ut dixius i ca. de cõtinentia: de quo apud Plutarchũ chæronẽsẽ legimus cũ eũ forte uidisset Agesilaus disputãtẽ i gymnasio admodũ senẽ dr̃ ĩterrogasse: qs nã eẽt? Tũc q̃dã respõdit: Est un9 ex his q uirtutẽ q̃rũt. Tũ ille. Quãdo uirtute iqt utet ea si nõdũ iuẽit. ℣ Resipiscere. Ad se redire. ℣ Brachiũ i. pal. Fuit tã cõcepti signũ pudoris exertũ brachiũ intra palliũ reponere. ℣ Oris cõuiualis. Qualis eẽ solet cõuiuaꝛ: qui uultũ exilaratũ uino habere cõsueuerũt. ℣ Exuit: Excussit: deposuit. ℣ Ganeone. Continens pro cõtento: nã ganeo locus est ubi lupæ. i. meretrices habitant. q. d. ex infami lenone. ℣ Peregrinatus. Differentiam ostẽdit inter peregrinari & habitare: peregrinatur qui in alieno loco manet: habitat qui est in patria.

Xenocrates philosophus

THE. ℂ Infamia gaudens. nam rumor ille de se: luxuria diffluerat: ei pergratus erat.

OLI. PIget Themistoclis: Themistoclis mater filii turpitudinẽ nõ tulit. Themistocles Neoclis filius huius uitia ineꝓ untis adolescentiæ magnis fuerunt emendata uirtutibus: adeo ut anteferatur huic nemo: pauci pares putẽ

De. C. Cæsare.

GAius ãt Cæsar cuius uirtutes aditũ sibi in cœlũ struxerũt inter primæ iuuẽtæ initia priuatus Asiã petẽs a maritimis p̃dõibus circa ĩsulã pharmacusam exceptus. L. se talẽtis redemit. pua igitur sũma clarissimũ mũdi sydus i piratico mioparone rependi fortuna uoluit: qd ẽ ergo q ꝓ amplius de ea q̃ramur? sine cõsortibus qdẽ diuinitatis suæ ꝓcit: sed cœleste numen se ab iniuria uindicauit: continuo. n. captos prædones crucibus affixit. attento studio nostra cõmorauimus: remissiore nunc animo aliena narrentur.

Externa de Polemone Athe. phõ.

PErditæ luxuriæ athenis adolescens Polemõ: neq; illecebris eius tãtũmodo: sed ẽt ipa ifamia gaudẽs: cũ econuiuio non post occasum solis: sed post ortũ surrexisset domũq; rediẽs Xenocratis philosophi patẽtẽ ianuã uidisset: uio grauis unguẽtis delibutus: sertis capite redimito plucida ueste amictus: refertã turba doctorũ hoium schola eius itrauit: nec cõtẽtus tã deformi itroitu consedit ẽt ut clarissimũ eloqum & prudẽtissima ꝓcepta temulẽtiæ lasciuiis eluaret. orta deide: ut par erat oium ĩdignatiõe xenocrates uultũ i eodẽ hitu cõtiuit omissaq; re q̃ differebat de modestia ac tẽpãtia loq cœpit: cuius grauitate sermõis resipiscere coactus Polemo: prio coronã capite detractã ꝓiecit: paulopost brachiũ itra palliũ reduxit. procedẽte tpe oris conuiualis hilaritatẽ deposuit: ad ultimum totã luxuriã exuit: uniusq; oratiõis saluberrima medicina senatus ex infami ganeone maximus philosoph9 euasit. pegrinatus ẽ hui9 aius i neqtia nõ hitauit.

De Themistocle Athen.

PIget Themistoclis adolescẽtiã attingere: siue patrem aspiciã abdicationis iniungentem notã: siue mr̃em suspẽdio sui finire uitã ꝓ filii

tur ſed ab initio ē ordiēdū:pī ei⁹ neocles gñroſus fuit.is uxorē Acarnana duxit ciuē ex q̄ nat⁹ Themiſtocles q cū minus eēt ꝓbatus parēt ib⁹:q & liberi⁹ uiuebat ēt rē familiarē negligebat a pīe exheredat⁹ ē:q̄re mī ꝓcita nimio dolore laq̄o uitā finiuit.q̄ cōtumelia nō fregit eū:ſed erexit:ná cū iudicaſſet ſine ſūma induſtria nō poſſe eā īfamiā extingui.totū ſe dedit reip.diligētius amicis famæq; ſeruiēs multū ī iudiciis priuatis uerſabat:ſæpe ī cōcionē populi ꝓdibat:nulla res maior ſine illo gerebat:celeriter q̄ opus erāt repiebat:neq; minus in rebus gerēdis q̄ excogitādis erat:q; de iſtātibus:ut ait Tucidides ueriſſime iudicabat:& de futuris callidiſſime cōiiciebat quo factū eſt:

turpitudinē coacta:cum omnium poſtea graii ſangui nis uirorum clariſſimus extiterit:mediūq; europæ. & aſiæ uel ſpei deſperationis pignus fuerit.hæc enim eū ſalutis ſuæ pronū habuit illa uadē uictoriæ aſſumpſit.

ut breui tpe illuſtraret.nā ꝓpatria res maximas & clariſſimas geſſit:& ī primis aduerſus Xerſen ꝑſarū regē q cū terra mariq; uniuerſæ græciæ bellū iferret cū tātis copiis q̄tas neq; antea:neq; poſtea habuit q̄ſq̄ non ſolū ſalus pīæ & totius grætiæ:ſed ēt totius europæ fuit Mardoniū quoq; Xerſis imperatorē q expugnato Olyntho ī boetiā ſe cōtulerat:cōſilio themiſtoclis cōſtat a græcis fuiſſe ſupatū:pari rōne mœnia urbis Athenaꝝ a Xerſe diruta īuitis Lacedæmoniis hui⁹ prudētia fuiſſe reſtituta. Plut. tamē longe aliter tradit:tā de matre:q̄ de eius adoleſcētia:nā matrē eius alios threiciā genere abrotanū nuncupatā:alios cariā euterpē dictā nōnullos ēt alicarnaſeā tradidiſſe ſcribit ī eius uita adoleſcētiā quoq; nō iter uitia:ſed iter uirtutes egiſſe q̄.uero repudiatiōe & exheredatione patris de uolūtario matris iteritu dicta ſūt: cæteraq; ignominioſa falſa & ficta fuiſſe dicit. ¶ Abdicationis. Exhæredationis. ¶ Mediū pignus. Cū exaſtrochizatus fuit a patria:hoc ē ī exiliū pulſus:exaſtrochizatio.n.ut ſupradiximus erat quoddā exilii genus decēnale:nā ī oſtro hoc ē teſtula nomē eius ſcribebāt:quē exilii dānaſſent. Themiſtocles ergo cū inuidia eoruſq; laboraret ut ī exiliū mitteret.ſupplex cōfugit ad hoſtē Xerſen ꝑſarū regē:& ab eo ſpatiū petiit unius anni anteq̄ cū eo loqueret.hoc āt faciebat:ut ꝑſicā līguā diſceret:trāſacto uero anno cōſilia cū rege cōmunicauit q̄ illuc tēdebāt:ut regi ſpē potiūdæ græciæ faceret. ¶ Mediū ergo pignus uel ſpei. Quādo fortiter ꝓ patria pugnauit. ¶ Vel deſperatiōis:quādo fugit ad hoſtē pugnaturus cōtra patriā. ¶ Patronū. Nā hic uniuerſā græciā ex ipſis ꝓpe manibus hoſtiū redemit:quo tpe ad ſalaminā cōtra Xerſen cū exercitu miſſus ē:nā Xerſes græcia cū īnumeroſo atq; increbili exercitu īuaſiſſet:ut q diceret totā ferme Aſiā duxiſſe ī europā q̄ iungeret maria:ſterneret mōtes: flumina ſiccaret:atheniēſes cōſilio Themiſtoclis q Apollinis oraculū iterp̄tatus fuerat nauib⁹ hoc ē bello nauali pugnādū eſſe cū hoſte uim ſuā omnē in claſſem cōiecerunt.eiq; Themiſtoclē præfecerūt:qui cū ad ſalaminam occurriſſet Xerſi illum bello nauali ſuperauit:& in Aſiam cum paucis admodum refugere coegit:ut ſuperius monſtratum eſt. ¶ Vadem uictoriæ. Cum regi ſpopondit fore ut tota græcia ſubigeretur ſi ſuum uellet conſilium ſequi.

The/miſto/clis matre/laq̄o ſe ſu/ſpēdit

OLI. Cimonis adole/ſcētia: homi/num opinio/ne ſtul/ta

Cimonis uero. Cimonis ī cūabula opiniōe ſtultitiæ fuerūt referta:īperia uero ſalutaria:q apud ſtrimonē thracas fudit:oppidū amphipolim cōſtituit eo tp. x. milia athe. ī coloniā miſit apud Michalē mōtē cyprorū & Phænicū ducentarū nauiū claſſē deictā cœpit.eodēq; die pari fortūa ī terra uſus ē Schiro cōtumatiores dolopas expulit tharſos opulētia ſua fretos prīo aduētu fregit:& cū Xerſes bellū ex integro aduerſus athe. īſtituiſſet.uniuerſa græcia hūc Cimonē ducē cōſtituit Iuuenē cuius magnitudinē futurā pietatis opa ꝓdiderūt:q̄ppe patrē ob crimē peculatus in carcerē cōiectū ibiq; defunctū trāſlatis in ſe uinculis ad ſepultura redemit:ut diximus ī ca. de īgratitudīe:uerū nec ī bello iudiciū deligētiū fefellit:ſi qdē nō īferior uirtutibus patrē Xerſen tereſtri:naualiq; p̄lio ſuperatū trepidū ſe recipe ī regnū coegit. ¶ In cunabula. ætatis pricipia. ¶ Opinione ſtultitiæ. Quia omnes ſtultum opinabantur. ¶ Imperia ſalutaria:quia ductu & auſpiciis ſuis patriā non ſolem defenderat:ſed etiam auxerat imperio. ¶ Stuporis damnare. Damnabant ſe & ſtupebant:q; quem in adoleſcentia ſtultum crediderant in maturiori ætatæ tanta prudentias præditum eſſe uiderent.

OLI.

Nam Alcibiadē. Alcibiades Cliniæ filius athen. ī hoc natura. qd efficere poſſet uidet expta ut ait ꝓbus. ſed fortūa nō minus nihil illo excellētius uel ī uitiis uel ī uirtutibus nihil mirabilius in uaria ſorte rerū:bello pelloponeſiaco. huius cōſilio athen. bellū ſiculis īdixerūt.ad qđ gerēdū ipſe īter cæteros dux electus & cū in ſpe eēt bene adminiſtrandæ ꝓuinciæ reus uiolatorū ſacrorū abſens efficit. q; uidelicet eius opa herme athenis deiecti eēnt & domi ſuæ miſteria fierēt reuocatus ad cām dicēdā:prīo clidē:deīde thebas uenit:ubi ītellexit ſe capitis dānatū:& bona eius publicata eē & olympiadas ſacerdotes a populo coactos ut ſe deuoueret lacedæmonē demigrauit:hui⁹ cōſilio lacedæmonii cū p̄ſa rege amicitiā fecerūt:eiuſdēq; opa Ioniā a ſocietate athe. auertūt: q̄bus rebus factū ē:ut lacedæmonii uim tātā ingenii metuētes de interficiēdo uiro cōſulerēt ille ad tiſapherne p̄fectū regis ſe cōtulit:cuius in amicitiā intimā breui puenit cū Piſandro p̄tore primū ꝓ coloqa de reditu ſuo mētionē fecit:deīde thraſibulo faciēte ab exercitu recipit p̄torq; fit apud ſamiū poſt ſuffragāte theramene plebiſcito reſtituit pariq; abſens impio p̄ficit ſimul cū traſibulo & theramene q lacedæmonios paulo ante uictores pacē petere coegerūt redeūtes magnis reb⁹ geſtis a populo excipiunt ingēti lætitia:ſed in alcibiadē cōuertūtur omnes cū intuentur:laudant:admirantur:bonis reſtitutis reſecrari iubentur: pyllæ ī quibus deuotio

inſcripta fuerat ī mare p̄cipitātur:ſed hæc alcibiadis lætitia minus diuturna fuit:nā cū traſibulo:& adimāto quos collegas ſortitus erat claſſe ī aſiā ꝓfectus:q̄ apud Cimē minus e ſentētia rē geſſerat ī inuidiā cecidit abſenti ergo magiſtratus abrogat' ille pactiæ caſtellis tribus cōmunitis thraciā introiuit:& iā p̄da iā amicitiis regum magnus apud eos factus Philoide p̄tori athenſi pollicet' ſe ſi uellet coacturū Lyſandrū dimicare q̄ bellū cōſulto trahebat:Philodes gloriæ ſuæ potius q̄ ſaluti patriæ cōſulēs poſtulata facere uoluit.Diſcedēs igitur alcibiades monuit ut iuxta hoſtē caſtra nautica hēret ne ī modeſtia militū Lyſandro pugnādi occaſio daret' q̄d ille negligēs paulopoſt exercitū amiſit uictis atheniēſibus Alcibiades ſe ſupra ꝓpōtidē penitus abdidit ī thraciā: thraces inſidiis factis illū q̄dē capere nō potuerūt:ea uero q̄ apportauerat abſtulerūt:ille ad pharnabazū in Aſiā trāſit q̄ ei primū dedit ī frigia caſtrū ex quo q̄nquaginta talēta uectigalis capiebat: q̄ nō patiens uictas athenas ſeruire cū amicitiā regis appeteret:gratiā cū illo ſe initurū uidebat ſi apparuiſſet Cyrthū fratrē ei bellū pare Lacedæmoniis iuuātibus q̄d cū facere moliret'.Critias cæteriq̄ athenſi tyrāni Lyſandro miſerunt ſi ſuas res atheniēſes cōſtitutas manere uellet.Alcibiadē tolleret:q̄d etiā factū eſt.ut diximus in cap.de ſomniis:fuit āt Alcibiades teſte Proboīum ætatis ſuæ multo formoſiſſimus ad oēs res aptus cōſiliis plenus:terra mariq̄ ſummus impator:cuius tāta erat oris atq̄ orationis cōmēdatio.ut nemo ei dicēdo poſſet reſiſtere.diues cū tp̄s poſceret:laborioſus:patiēs:liberalis: ſplēdidus nō minus in uita q̄ ī uictu:affabilis: blādus:tēporib⁹ callidiſſime ſeruiēs:idē ſimul atq̄ ſe remittebat:ita luxurioſus:diſſolutus:libidinoſus:intēperās reperiebat':ut oēs admirarent' in uno hoīe tāta ēē diſſimilitudinē:atq̄ diuerſam naturā:hic cū athenis clariſſima ciuitate natus eēt oēs ſplēdor': ac dignitate uitæ ſuperaſſe certū eſt:poſtq̄ inde pulſus thebas uenit:adeo ſtudiis eorū inſeruiſſe dicūt:ut nemo aſo eū corporiſq̄ uiribus eqparet.omnes.n.Boetii magis firmitati corporis:q̄ ingenii acumini deſeruiūt:eūdē apud lacedæmonios quorū moribus ſumma uirtus ī patiētia ponebat':ut.Cice.in thuſculanis oſtendit:ſic duritiei ſe dediſſe ferūt: ut parſimonia uictus:atq̄ cultus oēs lacedæmonios uinceret:fuiſſe apud thracas hoīes uinolētos rebuſq̄ uenereis deditos:hos quoq̄ cū apud illos eēt ī his rebus anteceſſiſſe affirmāt ueniſſe:deīde ad p̄ſas apud quos ſumma laus eēt fortiter uenari luxurioſe uiuere.hosq̄ ſic imitatū cōſuetudinē dicūt ut illi ipſi in his maxīe admirarent'.q̄bus effeciſſe:ut apud quoſcūq̄ ēt princeps haberetur:q̄ cū ita ſint:ut ſplēdore & dignitate ciues ſuos labore:& uiribus corporis thebanos:duritiæ:parſimoniaq̄ uiros lacedæmonas:uiolētia thracas:uenatu p̄ſas luxurioſa uita populū utrūq̄ ſupauit:nō facile diſcerni pōt:maiori ne laude dignus an reprēhēſiōe:quātū.n.admirādus ē:q̄ nōnulli bono uirtute poſterior fuerit tātū ēt deteſtādus q̄ iprobus oībus malitia ſupior euaſerit.¶ Ne hæc aut illa uniuerſa: Nō īquit aut ſecūdas aut aduerſas res uno tempore:ſed diuerſis habuit:ut enim mare modo fluctibus agitatur: hoc eſt tēpeſtate mouetur modo tranquilitate fruitur ſic Alcibiades nunc ſecūdas:nūc aduerſas rex expertus eſt.

OLI. Polycrates ī oīum uita fortunatus

AD inuidiā.Hic polycrates ſamius tyrannus fuit.de quo Ci.ī libro de finibus bonorū & malorū.Plinio.ēt & diuerſi græci ſcriptores meminerūt:hic adeo fortunā habuit obſequioſam:ut omnia optata conſequeret':& quicqd aggrederet' efficeret:fœdus forte fecerat cū Xantipo:uel ut Herodotus tradit cum Amaſi ægyptiorū rege:q̄ cū audiſſet nihil unq̄ ſibi aduerſi contigiſſe ad moderandā fortunæ inuidiā Xantipe regis ſine Amaſis hortatu:annulū quē chariſſimū habebat in maris ꝓfundū iecit:quē paulopoſt inopinate recupauit:nam a piſcatoribus piſcis qui annulū deuorauerat.paucis poſt diebus captus eſt:& tyranno donatus:in cuius uētre compertus annulus illi ueluti a neptuno reſtitutus traditur:qui ſane annulo teſte Pli.li.xxxvii. natura.hiſtoriæ Romam elatus domo Auguſti in tēplo cōcordiæ cum aureis coronis eſt appenſus:ſed hic Polycrates cū aduerſus Darium perſarum regem exercitum duceret ab oronte illius præfecto acie fuſus:uel ut alii dicunt per fraudem interceptus eſt.nam ad fœdus amicitiam q̄ iungēdam inuitatus nihil doli aut inſidiarū ineſſe ſuſpicans nec filiæ ſomnio deterritus:quæ nocte uiderat illum ſublatum:roreq̄ madentem:in die uero ſudantem:cū ad Orontem ueniſſet.captus in ſummo mitilenſis montis uertice ſuſpēdi & cruci affigi iuſſus eſt:ac relictus auibus dilacerādus:ut q̄ ubiq̄ fœliciſſime in terra uixerat:ī aere miſerrime expiraret.de quo Strabo li.xiiii. ſed Polycrates & Siloſon fratres eo tpe:uixerūt quorum alter & fortuna & opibus clarus fuit adeo ut ēt mari dominaret':maximū fœlicitatis argumētū ducūt q̄ annulo de īduſtria in pelagus p̄iecto gemma & ſculptura p̄cioſo:paulopoſt piſcator quidā piſcē eduxit:q̄ eū deuorauerat quo cæſo annulus iuentus ē:q̄ cū ægyptiorū rex itellexiſſet:diuinitus locutū ferūt:q̄ q̄ eiuſmodi ꝓſperitatis uteret':uita clauderet fine nō fortunato q̄d & ita ē factū: nā a p̄ſarū ſatrape dolo captus:ſuſpēſuſq̄.ē huius aūt annuli gēmā Sardonicē fuiſſe dicit Pli.p̄facto li.cuius gēmæ iactura ſe ab inuidia fortūæ redimi poſſe putabat:ſi hoc unū doluiſſet.¶ Placido itinere.Secūdo curſu & fortūæ ſucceſſu.¶ Velle & poſſe ī æquo.¶ Ac:ſi dicēret nō min⁹ poterat q̄ uolebat.¶ Salebra Aſpitate.Nā ſalebroſus loc⁹ aſperior:ſicut fragroſus aſpitate plenus.¶ Plenis uelis.trāſlatio ſūpta a nauigātib⁹.¶ Tabido Marceſcēte.hoc ē marcido.

propenſum:ſumma imperia præcipuas potentiæ uires flagrantiſſimum ingenium aſſignarunt:altera quadamnationem:exilium:uenditionē bonorum inopiā: odiū patriæ uiolentā mortē infligeret nec aut hæc:aut illa uniuerſa ſed uaria pplexa freto atq̄ æſtui ſimilia.

De Polycrate tyranno ſamiorum.

AD inuidiam uſq̄ Polycratis ſamiorū tyranni abundantiſſimis bonis cōſpicuus uitæ fulgor exceſſit nec ſine cā.omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere:ſpes certum cupitæ rei fructum appræhendebat uota nuncupabantur ſimul & ſoluebant'.uelle ac poſſe in æquo poſitum erat: ſemel dumtaxat uultum mutauit:perq̄ breuis triſtitiæ ſalebra ſuccuſſum:tunc cum admodum gratum ſibi

annulum de industria in profundū:ne omnis incommodi expers esset abiecit:quem tamen continuo recuperauit:capto pisce qui eum deuorauerat: sed hunc cuius felicitas semper plenis uelis prosperum cursum tenuit Orontes Darii regis præfectus in excellentissimo Mycalesii mōtis uertice cruci affixit: equo putres eius artus & tabido cruore manantia membra atq; illam læuam cui neptunus annulum piscatoris manu restituerat:situ marcidam famos amara seruitute aliquandiu pressa liberis ac lætis oculis aspexit.

De Dionysio tyranno.

DIonysius autē cū hereditatis nomine a patre Syracusanorum ac pene totius Siciliæ tyrānidem accepisset:maximarum opum dominus exercituū dux:rector classium:equitatū potēs pp inopiā litteras puerulos Corinthi docuit: eodēq; tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortūæ crederet magister ludi factus ex tyranno monuit.

De Syphace rege.

SEquit' hūc Syphax rex cōsimilē fortūæ iniquitatē expertus.quē amicū hic Roma per Scipionē:illic carthago p Hasdrubalē ultro petitū ad penates eius uenerant: Cæterū eo claritatis euectus ut ualidissimorū populorū arbiter uictoriæ: existeret: parui tpis interiecta mora catenatus a Lælio legato ad Scipionē imperatorē pertractus est cuiusq; annulum de industria in profundū:ne omnis incommodi expers esset abiecit:quem tamen continuo recuperauit:capto pisce qui eum deuorauerat: sed hunc cuius felicitas semper plenis uelis prosperum cursum tenuit Orontes Darii regis præfectus in excellentissimo Mycalesii mōtis uertice cruci affixit: equo putres eius artus & tabido cruore manantia membra atq; illam læuam cui neptunus annulum piscatoris manu restituerat:situ marcidam famos amara seruitute aliquandiu pressa liberis ac lætis oculis aspexit.

De Dionysio tyranno.

DIonysius autē cū hereditatis nomine a patre Syracusanorum ac pene totius Siciliæ tyrānidem accepisset:maximarum opum dominus exercituū dux:rector classium:equitatū potēs pp inopiā litteras puerulos Corinthi docuit: eodēq; tempore tanta mutatione maiores natu ne quis nimis fortūæ crederet magister ludi factus ex tyranno monuit.

De Syphace rege.

SEquit' hūc Syphax rex cōsimilē fortūæ iniquitatē expertus.quē amicū hic Roma per Scipionē:illic carthago p Hasdrubalē ultro petitū ad penates eius uenerant: Cæterū eo claritatis euectus ut ualidissimorū populorū arbiter uictoriæ: existeret: parui tpis interiecta mora catenatus a Lælio legato ad Scipionē imperatorē pertractus est cuiusq;

OLI. Dionysius hic filius fuit Dionysii tyrāni q̄ p rediculo habuit deos cōtēnere & sacrilegia cōmittere:ut in ca.de neg.relig.diximus cū ergo flagitiis plenus eēt:& crudelitate plusq̄ credi possit syracusani cōspiratiōe facta eū a ciuitate eiicere tētarēt:q̄ prio dubitarūt an spōte cederet:tādē crescēte tumultu iter ciues cōuenit ut legati mitterent' q̄ secū agerēt: ut spōte ciuitatē tyrānide liberaret:quos ille statim i carcerē cōiici iussit:quo facto irati syracusani eū facto ipetu urbe expulerūt q̄ regio appatu locros cōfugit:locrēsiū arcē occupat solitāq; sibi sæuitiā exercet:cōiuges pricipū ad stuprū rapit.aliaq; fœda cōmittit:cū reginoꝝ tyrāni leofronis bello p̄merent' Locrēses uouerūt si uictores forēt ut die festo ueneris uirgines suas ꝑstituerēt quo uoto itermissos cū aduersa bella cū lucanis gereti i cōcionē eos Dionysius uocat hortat' uxores filiasq; suas i tēplū ueneris q̄ possint ornatissimas mittāt: ex q̄bus cētū sorte ductæ uoto publico fungant'.religionisq; gratia uno stēt in lupanari mēse.oibus āt iuratis ne q̄s ullā attaminet q̄ res ne uirginibus uoto ciuitatē soluētibus fraudi eēt decretū facerent:ne q̄ uirgo iuberet:priusq̄ ille maritis traderentur:ꝑbato cōsilio & quo supstitiōis & pudicitiæ uirginū cōsulebat':certatim oēs fœminæ ipēsius exornatæ i tēplū ueneris cōueniunt:q̄s oēs imissis militibus Dionysius spoliat:ornamētaq; matronarū i p̄dā suā uertit:quorūdā uiros ditiores iterfecit:q̄sdā ad ꝑpendas uirorū ꝑecunias torq̄t cū his artibus p̄ annos sex regnasset cōspiratiōe locrorū ciuitate pulsus i siciliā redit.ibi syracusas securis oibus post lōgā intercapedinē pacis p cōditionē recepit q̄ cū ab ingenio suo discedere nō posset cū grauior crudeliorq; ciuitati eēt idies iterata cōspiratiōe pellit' q̄ demū cotīthū se recepit:ibiq; teste Cl.Iiii.tuscullanoꝝ q̄stionū apto ludo pueros docuit: sicq; iperio carere nō potuit.de quo Oui.li.iiii.de pō to ille syracusa mō formidatus in urbe.Vix humili durā reppulit arte famē.Ci.quoq; ad papyriū petū.Dionysius inq̄t tyrānus cū syracusis expulsus eēt corīthi dī ludū appuisse.Iustinus tñ dicit.q; hic corinthi humillima quæq; tutissima existimās i sordidissimū uitæ genus descēdit:nō cōtētus i publico uagari:sed potestate:nec cōspici i popinis lupanaribusq; sed totis diebus cū p̄ditissimis quoq; de minimis rebus disceptare.pānosusq; & squalidus icedere risum libētius p̄bere q̄ captare:i macello ꝑstare:q̄ emere nō poterat oculis deuorare:nouissime se ludi magistrū ꝑfessus:pueros i triuio docebat:ut aut a timētibus semper in publico uideretur:aut nō a timētibus facilius contemneretur.Hæc q̄q̄ in capite de neglecta religione dicta sunt:tamē quia ad eius fortunæ mutationem maxime pertinere uidebantur eadem repetere non uisum est incongruum:neq; superfluum.¶ Tanta mutatione.Solon unus e septem non sunt diuitiis permutandæ uirtutes:stabiles enim sunt.res autem hominum modo hic modo ille possidet.

Diony sii aſt⁹ & crudelitas i locrē ses

OLI. Syphax aduersæ fortunæ nō expers

SEquit' hūc Syphax.Scipio cū agitaret aio Carthaginē iuadere cū exercitu itelligebat ad uictoriā i Syphace Numidarū rege plurimū momēti eē repositū:itaq; optimū ratus.hūc regē amicū facere po.ro. cū aliter nō posset magno ēt p̄iculo rē aggressus ē.relictis.n.castris ipe cū Lælio duabus q̄nq; remibus p hostilia loca ad regē ꝑfectus ē forte ita accidit:ut eo ipo tpe Hasdrubal a Scipione pauloante pulsus hispania.septē triremibus ad eūdē regē suū faceret cursum:& eadē hora uterq; iperator portū igredit': cū magno tamē Scipiōis discrimīe nā parū abfuit.q̄n iterciperet' ab hostibus sed q̄a prius q̄ pœni anchoras molirent' Romani secūdo uēto portū tenuerūt:nō sūt ausi hostes i regio portu tumultus aut pugnæ q̄cq̄ ciere:ad regē igit' oēs ꝑfecti sūt magnificū id Syphaci nec erat aliter uisū duoꝝ potētissimorū i terris populorū duces uno die suā pacē amicitiamq; petētes ad se uenisse:& quoniā fors eos sub uno tecto eē atq; ad eosdē penates uoluisset cōtrahere ad colloquiū dirimēdaꝝ simulatū cā ē conatus:Scipiōe abnuēte haud priuatū sibi cū pœno odiū eē:q̄d colloquēdo finiret.de republica uero nihil hoste iniussu senatus agere posse illud magnopæ tētāte rege ne alter hospitū excluſus mēsa uideret' ad easdē epulas uenire cū Hasdrubale Scipio nō recusauit:cænatūq; simul apud regē ē & eodē lecto Scipio atq; Hasdrubal q̄a ita cordi erat accubuerūt tūc Scipio regē eloquētia sua traxit in amicitiā po.ro. sed paulopost sollicitatus a carthaginēsibus p nuptiarū occasionē formosissimæ fœminæ Hasdrubalis filiæ defecit a Romāis & carthaginēsiū arma secutus:breui tpe a Lælio & Masinissa captus ad Scipionē catenatus ductus ē:quē

Scipio deuictis carthaginẽsibus postea duxit in triũphũ, unde Iuuenalis in Satyrà Credo pudicitiã dicit: tolle tuũ prætor Hãnibalẽ uictumq; Syphacẽ in castris & cum tota carthagine migra. ℣ Caduca nimium. Hæc Valerius

No/ stra nõ esse q̃ a fortũa pẽdẽt

disputat de inanitate rerum humanarum q̃s fluxas & labiles dicit: nec uere nostras appellari posse: q̃ nobis auferri possunt: sub fortunæ potestate positæ sũt sola uero aĩ bõa nr̃a sũt q̃ nobis nec eripi: nec subripi pñt: neq; naufragio: nec ĩcẽdio amitti: nec ui tẽpestatũ: nec tẽpoꝝ pturbatiõe mutari: qbus p̃diti sũt soli sũt diuites: soli. n. possidẽt res fructuosas & sẽpiternas. ℣ Puerilib9: cõsentanea. ℣ Sũt ludibria q̃dã q̃ pueris dono dari solẽt: tũc cũ nutriunt ab alũnis: oĩa. n. nutrimẽta & munuscula q̃ dant pueris: blãdimẽti: & ludi cã dant qbus hũanæ opes cõparant: q̃ hoĩbus tanq̃ ad ludũ dari uident. ℣ Crepidis. Crepidas dicit calceos pueriles pictos & ornatos, nã speciosi sũt sed paulo post euanescũt. ℣ Incertissimo flatu. Ac si diceret, uẽtis similia, duplici rõne bona nr̃a dici nõ debẽt: qa si bona nr̃a eẽnt perpetua & stabilia eẽnt: nec nulla rõne nobis eripi possent: nã qd nostrũ ẽ auferre nemo põt: ꝑterea si bõa essent nũq̃ nocerẽt: nocẽt ãt, nõ igit̃ bona, qd aũt nocẽãt manifestũ ẽ, nã multos legim9 & uidim9 pp diuitiãs & imperia crudeliter fuisse cæsos.

Crepidæ

THE. ℂ Crepudiis. Ita uetusti codices habent eaq; propriæ sunt infantium ludicra ornamenta.

Explicit Liber Sextus.

OLI. Olubilis fortũæ. Hic septimus liber ẽ, ĩ cuius principio utit̃ trãsitiõe. Multa inqt exẽpla mutatæ fortũæ ꝓtulimus. Nũc uero stabilis atq; ꝓpitiæ pauca admodũ dici possunt: ex quo facile appareret q̃ ꝓdiga sit in p̃stãdis aduersis quãq; tenax & auara ĩ ꝓspis errogãdis attamẽ illa suæ nõnũq̃ oblita negtiæ nõ mõ multa & magna, sed ẽt stabilia qbusdã hoĩbus bona largit̃ sed id facit admodũ paucis: & ita duo tãtũ narrat exẽpla unũ domesticũ: & alterũ externum. ℣ Sibi imperauit. Seipsam uicit & coegit.

OLI. Metellus ad mortẽ usq; felix

Ideamus ergo quot gradibus beneficio. Qu. Metellũ. Pli. li. vii. natu. histo. cõtra Valerii sententiã: nõ solidã neq; pfectã fuisse huius hois fœlicitatẽ dicit, sed oĩno aliquo mœrore cõtaminatã. Nã huius quoq; Qu. Metelli inqt, q illa de pr̃e dixerat filius ĩter rara fœlicitatis humanæ exẽpla numerat̃, nã ꝑter honores amplissimos: cognomẽq; macedoniæ: a q̃ttuor filiis illatus est rogo: uno ꝑtore: tribus cõsularibus: duobus triũphalibus uno cẽsorio: q̃ singula quoq; paucis cõtingere in ipso tamẽ flore dignitatis suæ: ab catino labeone cui cognomen fuit macerioni tribuno plæ, quẽ e senatu cẽsor eiecerat, reuertẽs e cãpo Meridião tpe uacuo foro: & capitolio ad tarpeium raptus ut p̃cipitaret̃: cõuolãte qdẽ tã numerosa illa cohorte: q̃ patrẽ eũ appellabat: sed ut necesse erat ĩ subito tarde & tanq̃ ĩ exeqas: dũ resistẽdi: sacroq; sanctũ repellẽdi ius nõ eẽt uirtutis suæ opa & cẽsura ꝓiturus: ægre tribũo: q̃ intercederet receꝑto a limine ipo mortis reuocatus alieno beneficio postea urxit: bonis ĩde etiã cõsecratis a dominatu suo tãq̃ paꝛ eẽt fauciũ certe ĩtortarũ expressiq; ꝑ aures sanguinis pœnã exactã eẽ q̃ oĩno ꝓfecto magna sũt ĩfœlicitatis argumẽta. Addit ꝑterea ad hæc mala Scipiõis æmiliani inimicitiã q̃ nõ parua illi potuit infœlicitas dexterã regio ĩsidẽs solio arrogãti manu attigerat eius gẽibus supplex ꝓcubuit. Caduca nimium: & fragilia puerilibusq; cõsentanea crepũdiis sũt ista q̃ uires atq; opes humanæ uocant̃: affluũt subito: repẽte dilabuntur: nullo in loco: nulla persona stabilibus nixa radicibus consistunt, sed incertissimo flatu fortũæ: huc atq; illuc acta quos sublime extulerũt improuiso recursu destitutos: in profundo cladium miserabiliter immergunt, itaq; neq; debẽt existimari neq; dici bona q̃ iflictorũ malorum amaritudinẽ desiderio sui duplicant.

Explicit Liber Sextus.



Valerii Maximi Li. VII. De Felicitate. Cap. I.

Olubilis fortũæ cõplura exẽpla rettulimus cõstãtis ac ꝓpitiæ admodũ pauca narrari possunt, quo patet eã aduersas res cupido aĩo ĩfligere: secũdas parco tribuer̃ eadẽ ubi malignitatis obliuiscĩ sibi ipa uit: non solũ pluria ac maxia sed ẽt ꝓpetua bona congerit.

De Quinto Metello.

Ideamus ergo quot gradibus beneficiorum .Q. Metellũ a primo originis die ad ultimũ usq; fati tẽpus nũq̃ cessante indulgentia: ad summũ beatæ uitæ cumulũ ꝓduxerit, nasci eũ in urbe

esse: q̄ scelerata catini audaciā semper fuerit inulta, falsum igit̄ est q̄ dicit Valerius a primo originis die ad ultimū usq; fati tēpus nunq̄ cessante indulgētia ad summū beatæ uitæ cumulū pduxerit, fuit aūt hic metellus q̄ a deuicta Macedonia dictus ē Macedonicus: cuius patrem fortunā magis īdulgentē & ꝓpiciam sensisse dicit Pli. eodē libro nisi q̄ orba luminibus exegerit senectā amissis incēdio cū palladiū rapet ex æde ueste memorabili cā, sed euētu miser: quo sit ut infœlix qdem dici nō debeat: nā illi dicit decē res maximas & optimas obtigisse in q̄bus q̄rēdis sapiētis ætatē exigeret: fuisse primariū bellatorē, optimū oratorē, fortissimū impatorē eius auspicio maximas res gestas maximo honore usum summa sapientia: summū senatorē habitum fuisse: pecuniā magnā bono modo īuenisse multos liberos reliquisse & clarissimū in ciuitate fuisse, ea deniq̄ cōtigisse q̄ nulli alii post conditā Romā, nā & populus ro. ei tribuit quod nulli alii a condito æuo: ut quotiēs ī senatū iret: curru ueheret̄ ad curiam: fœlicior igit̄ filio nisi cæcitas obstaret.

terrarū principe uoluit parētes ei nobilissimos dedit: adiecit aī rarissimas dotes: & corporis uires: ut sufficere laboribus posset: uxorē pudicitia & fecunditate cōspicuā cōciliauit. Cōsulatus decus impatoriā potestatē spectosissimi triumphi prætextā largita est fecit ut eodē tpe tres filios consulares unum etiā censoriū duos triumphales & q̄rtū pretorium uideret utq̄ tres filias nuptui traderet: earūq̄ sobolem sinu suo exciperet tot partus: tot īcunabula: tot uiriles togæ tā multæ nuptiales faces horum imperiorū: omnis deniq̄ gratulatiōis summa abundātia cum interim nullū funus: nullus gemitus: nulla cā tristitiæ. Cœlū contemplare: uix ibi talem statum reperies quoniam quidem luctus & dolores eorum quoq̄ pectoribus a maximis uatibus assignari uidemus. hunc autē uitæ actum eius consentaneus finis excepit. nanq̄ Metellum ultimæ senectutis spatio defunctū læniq̄ genere mortis inter oscula cōplexusq̄ carissimorum pignorum extinctū filii & generi humeris suis p urbem latum rogo imposuerunt.

Seriphius Themistocli patriam obiecit

Metellus ī liberoꝝ cōplexibus expirauit

De Gyge Rege lydiæ.

GLara hæc felicitas: obscurior illa: sed diuino splēdore præposita. Cū. n. Gyges regno Lydiæ armis & diuitiis abundātissimo inflatus aio Apollinē pythium fiscitatū uenisset: an aliq̄s mor-

OLI. Gyges opinione sua felix

& flentes inducunt tristior & lachrymis &c. rursus in. x. audiit Alcides luuenē magnūq̄ sub imo Corde præmit gemitum: lachrymasq̄ effudit inanes. ℣ Pectoribus deorum ut Iunonis in primo æneidos. ℣ A maximis uatibus: ut ab Homero & Marone quorum auctoritas maxima est apud omnes. ℣ Hunc uitæ actum eius consentaneus finis. Occurrit q̄stioni: posset aliquis dicere tā & si uitæ cursum fœlicē habuit: tamē deformi læto cōsumptus: nō ita est inq̄t Valerius: quam enim habuerat in uitæ fortūæ indulgentiā eandē expertus est in morte: Nam in familiariū suorum cōplexibus extinctus: humeris filiorum & generorum elatus: in rogum quoq̄ ab illis imponitur.

GLara hæc fœlicitas. Res ista uario modo trahitur & secundum fabulā & secundum historiam. Nam Ci. inducit hunc pastorem fuisse li. iii. officiorum. dicit enim hunc ille Gyges inducitur a Platone qui cum terra decessisset magnis quibusdam imbribus in illum hiatum descendit æneumq̄ æquum: ut ferunt fabulæ, animaduertit: cuius in lateribus fores essent: quibus apertis: hominis mortui uidit corpus magnitudine inusitata annulū aureū in digito habēs quē ut detraxit ipse īduit: erat aūt regius pastor: tū in cōciliū pastorū se recepit: ubi cum palam eius annuli ad palmā cōuerterat a nullo uidebat̄: ipse autē omnia uidebat: idē rursus uidebatur cū in locum annulū inuerterat: itaq̄ hac oportunitate annuli usus reginæ stuprum intulit: eaq̄ adiutrice regem dominū interemit: sustulitq̄ quos sibi obstare arbitrabatur: nec in his quisq̄ eū facinoribus potuit uidere, sic repente annuli beneficio rex est ortus Lybiæ, historia uero hoc modo se habet. Cāduales rex Lydiæ fuit: q uxorē habuit eximiæ pulchritudinis quam omnibus prædicare solebat: non contentus uoluptatum suarum tacita conscientia: nisi etiam matrimonii reticenda publicaret prorsus quasi silentiū damnū pulchritudinis ad postremū ut ad firmationis suæ fidem faceret: nudam illā sodali suo Gygi ostēdit: quo facto & amicum ad adulterium uxoris sollicitauit & hostem sibi fecit, uxorē quoq̄ ueluti alteri tradito amore a se alienauit: nāq̄ breui post tempore cædes candauli nuptiarū præmium fuit: & uxor mariti sanguine dotata: regnum uiri & se pariter adultero tradidit, hic igitur per adulterium regno potitus: cū superbia quadam & gloria ductus ad apollinis oraculum uenisset: adeo scisitatus est, nūquisq̄ se fœlicior esset: qui Aglaum sophidium archadicum mul-

to fœliciorē esse respōdit. Solinus qd inquit ad titulū fœlicitatis attinet: nec dū repertus est q fœlix censeri iure debuerit: nā Cornelius sylla dictus potius fœlix q̄ fuit solū certe beatū corthina Aglaū iudicauit, q in angustissimo archadie angulo pauperis soli diues nunq̄ paterni cespitis terminos inuenit excessisse. Pli. duos dicit oraculo apollinis fœliciss̄imos fuisse iudicatos li. vii. natu. histo. alterū phediū: quēdā q p patria fortiter dimicans ꝓxime occubuisset alterū Aglaū hūc de quo diximus. ℣ Abdito. intimo specu. ℣ Verꝫ ꝓfecto beatæ: dicit apollinē hoc uno respōso discēsisse a ꝓposito suo qa pplexe loq solebat. ℣ Adūbratū. Nō apparētē iuolutū cecū. ℣ Tuguriū. Vilē casā ex cespite factā. unde Vir. paupis & tiguri cōgestū cespite culmē. ℣ Curis & sollicitudinibus: unū ē expositio alterius. i. curis q̄ faciūt hoiem esse sollicitū. ℣ Paucas glebas. exigua p̄dia & iugera. ℣ Pauoris exptes. Securitate plenas. ℣ Thesauros. ubi Thesaurus fuerit illuc omnes animum intēdunt si forte eum cōsequi possent. ℣ Stipulatorem. affirmatorem. assertorem.

THE

℄ Sophidium. Psophidium a Psophide oppido Arcadiæ de quo Pausan. Stephanusq̄ & in Thebaide Papinius.

OLI.

NVnc id genus fœlicitatis qd̄ totū i habitu aī. Oīs uirtus ē habitus aī in naturæ modū rōni cōsentaneus ut iusticia ē habitus animi suum unicuiq̄ tribuens pro dignitate cuiusq̄.

OLI.

APiū Claudiū. Transiturus ad ca. de sapiēter dictis & factis sapiētiā dicit eē uere hoīs fœlicitatē q̄ cæteris oībus anteponitur. qd. n. fœlicius hoī eē pōt sapiētia? q̄ cūctos humanos casus fortiter ferēdos oēmq̄ fortunā docet eē cōtēnēdā? hæc āt sapiētia i hoīe p sapienter facta & dicta eniteſcit. primū āt exēplū ē illius appii claudii q cæcus i senatū ductus cū de pace cū Pyrro faciēda cōsultaret in senatu dissuasit nō his eē cōditionibus faciēdā q̄bus ille petebat. hic igit̄ dictare solitus erat negocium Po. Ro. magis cōuenire q̄ ociū cuius rei Valerius rationē subiūgit neq̄ enim ignorabat pacem & ociū hominibus esse iocūdū sed summis imperiis ocium esse pernicios̄um cū in desidiā luxūq̄ sensum labuntur homines q gloria carent: q̄ in armis negocium fortibus uiris præstare cōsueuit ex ocio nāq̄ opes ex opibus luxus ex luxu auaritia uoluptatis libidines & reliqua turpia proueniunt id ita esse re ipsa cōpertū est. nam ociū uires ro. po. cōtudit cuius mores in beneuiuēdi disciplīa negociū cōtinuerat. ℣ Præpotētia. Valde potentia & magna. ℣ Et sane negociū & re ipsa ꝓbatū ē q̄ negociū urbi nr̄æ plurimū cōtulit. ℣ In suo statu. qa semp disciplīa beneuiuēdi stabilis fuit dū se negociis dedidere Romāi. Plurimis uitiis. nā euersa carthagie: deleta numātia domita Asia debellatis denicq̄ gētibus q̄ Romanos i armis & negocio cōtinebat: urbs tota in luxū & lasciuiā resoluta est q̄ testatur luue. his uersibus. nunc patimur longe pacis mala. sæuior armis. Luxuria incubuit uincetumq̄ ulciscitur orbem. Nullum crimen abest facinusq̄ libidinis ex quo. Paupertas Ro. periit rursus in sexta Satyra. præbebat castas humiles fortuna latinis.

negocium p̄stat ocio

OLI. Scipionis nō ignare dicta

SCipio uero Aphricanus. sapiens dictum q̄ crebro usurpatur solebat superior Scipio turpe esse imperatori dicere non putaram sicut & Vegitius de re militari dicit præliorum delicta emendationem nō recipiūt cum pœna statim sequatur errorem. ℣ Excusso. diffinito. itaq̄ Scipio innuebat his uerbis nihil in re militari agi oportere q̄ non prius certo consilio & diffinito excogitatum sit. ℣ Inemēdabilis: pro sententia uegetii q dicit cū primum imperator errat statim errorē sequit̄ pena & nullus dat̄ emēdādi locus.

talium se esset felicior: deus ex abdito sacrarii specu uoce missa Aglaū sophidiū ei ꝓtulit. Is erat arcadū pauperrimus: sed ætate iā senior: terminos agelli sui nunq̄ excesserat: paruuli ruris fructibus ac uoluptatibus cōtētus. Verū ꝓfecto beatæ uitæ finē apollo non adūbratū oraculi sagacitate complexus est. Quo circa insolenter fulgore fortunæ suæ glorianti respondit magis se probare securitate ridens tugurium: q̄ tristē curis & solicitudinibus aulā: paucasq̄ glæbas pauoris expertes: q̄ pinguissima Lydiæ arua metu refercta: & unū aut alterum iugū boum facilis tutelæ q̄ exercitus & arma & equitatū uoracibus ꝑpensis onerosum: & usus necessarii horreolū nulli nimis appetēdū q̄ thesauros oium insidiis & cupiditatibus expositos. Ita Gyges dum ad stipulatorem uanæ opinionis deum habere concupiscit: ubi nam solida & sincera esset felicitas didicit.

De Sapiēter dictis aut factis. Cap. II.

VNc id genus felicitatis explicabo quod totum in habitu animi est: nec uotis petitur sed in pectoribus sapientia prædits natum dictis factisq̄ prudentibus eniteſcit.

De Appio Claudio.

APiū Claudiū crebro solitū dicere accepimus negociū. P. R. melius q̄ ocium cōmitti nō ꝙ ignoraret q̄ iocūdus trāquillitatis status eēt: sed ꝙ aia duerteret ꝓpotētia ꝑia agitatiōe rer̄ ad uirtutē capessendā excitari: nimia q̄te i desidiā resolui: & sane negociū noie horridū ciuitatis nostræ mores i suo statu cōtinuit: blādæ appellatiōis quies pluribus uitiis respersit.

De Scipiōe Aphricano.

SCipio uero Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere non putarā: uidelicet quia explorato & excusso consilio quæ ferro agunt̄ administrari oportere arbitrabat̄ summa rōne. inemēdabilis enim error qui uiolentiæ martis committitur.

HDē negabat aliter cū hoste cōfligere debere q̄ ut si occasio obuēiisset aut necessitas icidisset æque prudēter: nā & ꝑsperē gerēdæ rei facultatē omittere maxia demētia ē: & ī angustias utiq; pugnādi cōpulsum abstinere se prælio pestiferæ ignauiæ affert exitum. eorumq; qui ista committunt alter beneficio fortunæ uti: alter iniuriæ nescit resistere.

De. Q. Metello.

QVinti quoq; Metelli: tū grauis: tū etiā alta in senatu sententia. q deuicta Carthagine ne scire se illa uictoria boni ne plus an mali reipu. attulisset asseuerauit. quoniā ut pacē restituendo ꝑfuisset: ita ut Hannibalem submouēdo nō nihil nocuisset. eius enim transitu in Italiā dormientem. P. R. uirtutem excitatam dicebat metuiq; debere ne acri æmulo liberata: in eundem somnum reuolueretur in æquo igitur malorum posuit uri tecta uastari agros exhauriri ærarium: & prisci roboris hebctari neruos.

De Licinio Fimbria consulari.

QVid illud factū. Licinii fimbriæ cōsularis q̄ sapiēs a. M. Lutatio pinthiā splendido æqte Romāo iudex aditus de spōsiōe quā is cum aduersario: qđ uir bonus eēt: fecerat: nūq̄ id iudiciū ꝑnūciatione sua finire uoluit ne aut ꝑbatū uirū si cōtra eum iudicasset fama spoliaret: aut iuraret eū uirū bonū esse: cū ea res inumerabilibus laudibus cōtineatur.

De Papirio Cursore consule.

HOrēsibus hæc illa militaribus stipēdiis prudētia exhibita est. Papirius cursor cōsul cum Aquiloniā oppugnās preliū uellet cōmittere pullariusq; non ꝑsperātibus auibus optimū ei auspiciū renunciasset: de fallacia illius certior factus ē sibi quidē & exercitui bonum omen datum credidit: ac pugnam iniit. Cæterum mendacem ante ipsam aciem constituit ut haberent dii cuius capite siquid iræ conceperant expiarent. directum est autem siue casu siue cælestis numinis prouidentia quod primum econtraria parte missum erat telum in ipsum pullarii pectus eumq; exanimem prostrauit: id ubi cognouit consul fidente animo & inuasit Aquiloniam & cæpit. tam cito animaduertit quo pacto iniuria iperatoris uindicari deberet: quemadmodum uiolata religio expianda foret. qua ratione uictoria appræhendi posset: egit uirū seuerū: cōsulē: religiosum: iperatorē strenuū: tioris modū pœnæ genus: spei uiā uno mētis ipetu rapiēdo.

HDē nega. hoc quoq; Scipio dicere solebat nō esse cū hoste cōferendas manus nisi urgente necessitate aut offerēte q; idē Vegetius affirmat q dicit occasio plus ualet ī prælio q̄ uirtus & ī re militari plus habet potestatis fortūa q̄ uirtus: Hor. ī epistolis. Tu q̄cūq; deus tibi fortūauerit hora. grata sume manu nec dulcia differ in anū. optime ergo ꝑcipiebat Scipio. nā qui occasionē gerēde rei nō expectauerit demens esse cōprobat̄ arma etiā hostibus tradere necessitate cogente solet aliquando pestiferum esse. OLI.

QVinti quoq; metelli. Qu. Metellus post hūc Hannibalē ex Italia pulsū. debellatāq; carthaginē dicere solitus erat nescir̄ se plus ne bōi an mali uictoria illa reipublice attulisset: nam uirtus Romanoꝝ q̄ suo trāsitu in Italiā Hānibal ꝑpe dormiēte excitauerat: rursus nimia q̄ete ad pristinū torporē redigeret. existīabat. n. nihilominus mali ꝑuēturū Po. Ro. q; in ocio uiueret: q̄ si ferro & flāma uastaret. Italia. grauis Auctoritate. ꝟ Alta: sapiētiæ plena: In eūdē somnū. In pristinū torporē. ꝟ In æquo igit̄ malorū: existimat non minus detrimēti ex ocio. si uirtus Romana lāgueſceret q̄ si flāma aut bello Italia uastaret. ꝟ In æquo. In æqtate & in pari malo. OLI. Metelli grauis sententia

QVid illud factū. M. Luctarius eques Romanus cū aduersario spopōderat se uiꝝ bonū esse: tātæq; rei licinii fimbriā iudicem dederat: fimbria noluit unquā de re tāta ꝑferre sentētiā ne aut ꝑbati uiri famā offēderet aut falso iuraret uirū bonū eē cui aliqđ deest. cū ad hoc ut aliqs sit bonus uir tā multa req̄rātur ut difficile sit bonū uirū inuenire. Ci. de hoc fimbria li. iii. de officiis. Fimbriā īqt cōsularē audiebā de patre nostro puer iudicē. M. Iutatio fuisse eqti Romano sane honesto cū sponsionē fecisset ne uir bonus eēt. itaq; ei dixisse fimbriā se illā rē nūq̄ iudicaturū. ne aut spoliaret fama ꝑbatū hominē si cōtra iudicasset aut statuisse uideret uiꝝ bonū aliquē eē cū ea res inumerabilib⁹ officiis cōtineat̄ & laudib⁹. si. n. uiꝝ bonū secūdū stoicos diffiniamus eē sapiētē: sapiētē āt ī quē nulla prorsus cadit egritudo nusq̄ illū iueniemus. ꝟ Innumerabilibus laudibus. nō paꝝ ē uiꝝ bonū eē. necesse ē cūctis illū uirtutū muneris ꝑditū eē: ī quo si una sola uirtus defuerit. uir bonus non erit nec dici poterit. uel certe debebit. OLI. Fimbriæ sapienter factum

¶ Aquiloniā oppidū Lucaniæ ex Ptolemæo. quod hodieq; paululum mutatis ut uulgo solet syllabis: appellatur lacydonia. THE.

HOrēsibus. Papir⁹ bellū cōtra samnites gerebat & cū acies īstructe stetissent iussit auspicia capi: pulli respuerūt escas: pullari⁹ ne iperatorē pturbaret auspiciū solistimū. i. optimū eē rēdit: cui Papirius credēs ꝑliū cōmitti iussit. ite rea q̄dā monuit iperatorē ut uideret q̄d ageret quoniā solistimū nūciatū a pullario falsū fuerit: tum Papirius pro bono inquit habeo & pullarium in prima acie constituit. ubi cæsus mēdacii pœnas dedit. OLI.

nam quia prudens & sciens mentitus fuerat cæsus est uel casu uel diuina prouidentia & sic imperator potitus est uictoria. ℣ Tam cito animaduerterit. Laudat huius hominis prudentiam atq; iudicium.

OLI. Nero Claudius & Salinator simultates deposuerunt

NVnc ad senatus. Hoc exẽpiũ positũ ẽ supra i. c. de cẽsura & in. c. de recõciliatis ubi graues iter Salinatorẽ & Neronẽ inimicitias fuisse diximus: q; Liui. accusante Nerõe dãnatus eẽt a populo quos deide senatus octauo post dãnationẽ anno tpe secũdi punici belli cũ iisdẽ cõmitiis cõsul uterq; creatus eẽt i gratiã summo studio & diligẽtia reduxit ne illoꝝ dissensiõe respu. detrimẽti q̃q̃ caperet sapiẽs ꝓfecto factũ. nisi enim depositis simultatibus cõmuni consilio rempublicam administrassent nunq̃ secuta fuisset illa uictoria prope incredibilis qua cæso Hannibalis fratre cum. lvi. milibus hostium non modo ꝯanensis clades sed etiam maior hostibus reddita fuit. ℣ Cõsimili imperio. Optima ratio cur dissidẽtes iter se duces rem bene gerere nullo modo possent. nã qui inter se odio laborant magis student alter alterius interpellare facta q̃ preclarum quicq̃ ædere & se inuicem magis insectantur quam hostes.

OLI.

IOsdẽ: & hoc quoq; senatus factum laude dignũ qui eosdẽ a causæ dictione liberauit: cum a tri. plæ. accusati essent q; censurá inter se rigidã nimis exercuissent. nam se inuicem cẽsoria nota signarãt Nero Liuiũ: q; a populo fuisset aliquãdo damnatus. Liuius Neronẽ. q; non uere in gratiam secũ rediisset sicut in capitulo de cẽsoria nota diximus. hanc igitur accusationẽ senatus dissoluit auctoritate sua. Vacuũ omnis iudicii metu. Nã senatus decretum factum est ne iudicio aliquo timerẽt se damnari posse cẽsores quo minus aliorũ delicta punirent. nã si damnati fuissent cæteri quidem segniorẽ facti essent iudiciũ metuẽtes: ex quo illud secutũ eẽt ut maior i urbe peccãdi licẽtia nasceret. ꝑtea iniquũ eẽ uidebat: ut q alioꝝ uitæ rõnẽ exigerẽt suæ ipsi uitæ rationẽ reddere cogerent.

OLI. Tiberii Gracchi iteritus

PAr illa sapiẽtia. Quomodo. T. Gracchus a Scipiõe nasica adhortãte senatũ ut si rẽpublicã saluã eẽ ueller: secũ tret in capitoliũ subselliorum fragmẽtis cæsus fuerit uidimus in ca. de somniis. post huius uero mortẽ ut plebis dolor leniretur. quæ grauiter & per iniquo animo. T. mortem ferebat agrariam legem per quã cæsus fuerat nõ impugnauit: sed permisit ut loco Tyberii aliũ eligerent ad agros diuidendos. electus autem. P. Crassus Gracchoꝝ affinis: filiã crassi. C. Gracchus uxorem habebat: q̃q̃ tradit Cornelius nepos non Crassi: sed bruti: q de lusitanis triumphauit filiam. C. Graccho nuptã fuisse: plures tamẽ ita tradunt ut modo diximus. per hunc igitur plæbi diuisi sunt agri: q̃q̃ Valerius per triumuiros diuisos fuisse dicat. sed Plutarchus in uita Gracchorum ita refert. ℣ Auctorem. Gracchum occidendo. ℣ Causam. Vt agri diuiderẽtur æqualiter censendo.

De Senatu Romano.

NVnc ad senatus acta transgrediar. Cum aduersus Hannibalem senatus Claudium Neronem & Liuium Salinatorem consules mitteret eosque ut uirtutibus pares ita inimicitiis acerrime inter se diffidentes uideret: summo studio in gratiam reduxit: ne propter priuatas dissensiões republicam parum utiliter administrarent: quia consimili imperio ubi concordia nõ inest: maior aliena opera interpellandi quam sua edendi cupiditas nascitur: ubi uero pertinax intercedit odium: alter alteri quam uterque contrariis castris certior hostis proficiscitur.

De eodem Senatu.

IOsdem senatus cum ob nimis aspere actam censuram a Cneo Bebio tribuno plæbis pro rostris agerentur rei: causæ dictione decreto suo liberauit uacuũ ois iudicii metu eum honorem reddendo qui exigere deberet rationem non redderet.

De eodem Senatu.

PAr illa sapiẽtia Senatus Tiberium Gracchũ tribunum plæbis agrariam legem promulgare ausum morte mulctauit. Idem ut secũdum legem eius per triumuiros ager populo uiritim diuideret egregiæ cẽsuit. Si quidem grauissimæ seditionis eodem tempore & auctorem & causam sustulit.

De eodem Senatu.

QVam deinde se prudenter in rege Masanissa gessit: Nam cum promptissima & fidelissima eius opera aduersus carthaginenses usus esset: eumque in dilatãdo regno auidiorẽ cerneret: legẽ ferri iussit qua Masanissæ ab Imperio populi Romani solutam libertatẽ tribueret quo facto tũ optime meriti beniuolentiã retinuit: tũ Mauritaniæ & Numidiæ ceterarumque illius tractus gentium nunquã fida pace quiescentem feritatem a ualuis suis repulit.

OLI

QVod deinde se prudẽter. Negari nõ potest hanc senatus prudẽtiam fuisse singularẽ: nã ut diximus supra in ca. de gratitudine. tẽpore secũdi punici belli Scipio affricanus opera Masinissæ fuerat in eo bello maxime usus. Cũ igit senatus æquũ eẽ iudicaret ut tã benemerito regi beneficiũ aliqd̃ prestaret sine icõmodo nõ solũ sociũ Masi. retinuit: sed etiã maiorẽ ab eo gratiã iniuit. Cũ. n. senatus intelligeret cupidũ illũ eẽ iperii dilatãdi decretũ fecit. ut q neq; ulli bellũ inferre nec cũ ullo fœdus inire poterat in iussu senatus. is ab hoc iure fœderis absolueretur liberecq; posset cũ qbus uellet bellũ gerere: quo facto gratiã benemerito regi nõ paruã retulisse uidetur. ℣ Solutam: ut esset i potestate & arbitrio masinissæ quibus eũ uellet belli pacisue geréde.

t Empus de. Si uoluero iqt cũcta senat⁹ fcã sapiẽter enarrare tps nõ sufficeret, cũ tm̃ ipiũ nõ uiribus solũ: sed ꝓsilio & rõne peperit: ptũ auxerit, auctũ cõseruauerit: sati⁹ ẽ illi⁹ prudẽtiã tacita admiratiõe iuolut.

OLI.

natus ab se rem ad populū reiecit:utri eoꝝ dedicatio iussu populi data foret:eū ꝑesse Aānonæ:mercatoꝝ collegiū ĩstituere:solēnia ꝓ pōtifice suscipe:populus dedicationē ædis dat.M.Plectorio primipili cēturiōi quo facile apparet nō tā ad honorē eius cui curatio altior fastigio suo data eēt quā ad cōsulē ignominiā factū eē.ꝙ Gessit se.s.ita.ꝙ Láguido procinio:Debili defensiōe:qa collegæ & nobilitati resistere nō est ausus.ꝙ Negas:negare nemo pōt iracundiæ uim maximā eē q̄ fecit ut miles cōsulibus ĩ dignitate ꝑferret.ꝙ Quæ qdē nō ꝓculcauit tm̄:Vere inquā effi cax ex iracūdia:q̄ nō solū ĩperia cōculcat ut exēplis supra mōstrauimus:sed ēt facit ipsa ĩperia se ĩpotēter gerere:ut se continere non possint.

quo mius ære suo alieno succurreret:& Seruilio: ꝙ susceptā cām suā languido patrocinio ꝓtexisset. Negas efficacē irā:cuius hortatu miles sūmo ĩperio ꝑlatus é. Quæ qdē n̄ ꝓculcauit tātū ĩpia:sed ēt gessit ĩpotēter.

De Metello.

NAnq; Metellus cū utrāq; hispaniā cōsul prius deinde ꝓcōsul pene iam subegisset:postq̄ cognouit.Q.Pōpeiū cōsulē inimicū suū successoré sibi mitti:oēs q mō militiā suā uoluerūt finiri dimisit:cōmeatus petētibus:nec causis excussis:nec cōsti tuto tpe dedit:horrea custodibus remotis oportuna rapinæ ꝑbuit.Arcus sagittasq; cretēsiū frāgi:atq; ĩ amnē abiici iussit:Elephantis cibaria dari uetuit:qbus factis ut cupiditati suæ idulsit:ita magnifice gestaꝝ reꝝ gloriā corrupit:meritūq; honorē triūphi:hostiū q̄ iræ fortior uictor amisit.

De.L.Sylla.

QVid Sylla:dum huic uicio obtēperat:nonne multo alieno sanguie ꝓfuso ad ultimū & suū erogauit:Puteolis.n.ardēs ĩdignatiōe ꝙ Gra uius priceps eius Coloniæ pecuniā a decurionibus ad refectionē capitolii ꝓmissam cūctatius daret ai cōcitatione nimia:atq; ĩmoderato uocis ĩpetu:cōuulso pecto re:spiritū cruor̄ ac minis mixtū euomuit.Nec senio iā ꝓlapsus utpote sexagesimū ĩgrediēs: sed alita miseriis populi romani ĩpotentia furens:igit̄ in dubio est Sylla ne prior an iracundia Syllæ sit extincta.

NEq; ab ignotis exempla petere iuuat: & maximis uiris exprobrare uicia sua uerecūdiæ est: cæteraꝝ cū ꝓpositi fides excellētissima quæq; cōplecti moneat: uolūtas cædat: dum ꝑclara libenter ꝓbando necessaria narrandi conscientia non desit.

OLI. Metellus in hispania

NAnq; Metellus.Q.Metellus consul prio:deide ꝓcōsul citerioré & ulteriorē hispaniæ ꝓuiciā tā fœlicibus auspiciis gesserat: ut ad gloriæ cumulū nil nisi triúphus deesset:ueꝝ ubi.Q.Pō. inimicū suum cōsulē factū & sibi successoré futuraꝝ cognouit:tāta mēris cōsternatiōe & ira cōmotus ē:ut dum libidini suæ studet ĩdulgere & inimici futuræ gloriæ detrahere suā ipe corruperit:triúphumq; ꝓpe partū amiserit:exercitū.n.diminuit cōmeatus & horrea negligēter hostibus diripiēda reliqt:arcus & sagittas confregit:Elephātes fame cōsumpsit: nihil deniq; quo se aduersus hostes tueri posset Pōpeio reliqt.ꝙ Vtranq; hispaniā:Vlterioré & citerioré.ꝙ Deide ꝓcōsul:qa in seq̄ntē annū post cōsulatum illi ꝓuincia fuerat ꝓrogata:ut ꝓcōsul ĩ ea bellū gereret.ꝙ Dimisit:Exauctorauit:& militiæ uocationē dedit.ꝙ Cōmeatū:Liberā abeūdi ad tp̄s ptātem q̄ uulgo appellamus licentiā.ꝙ Cretēsiū:q auxiliares erāt Populi Ro.ꝙ Elephātis:Aut media cōsumpsit elephātes aut eos macilēcia reddidit inutiles:ne illoꝝ opa Pōpeius uti posset.ꝙ Hostiū q̄ ire fortior uictor.Facilius inqt hostē potuit supare q̄ irā:nam uicit hispanos:ipse uero uictus ab ira est.

OLI. Syllæ mors

QVid Sylla:A cæteris ferme oīb9 auctoribus dissentit Valerius q Syllā dicit nimia iracūdiæ uiolētia pisse: cum eū cōstet apud alios ut dixim9 ĩcidisse ĩ morbum ex ulcere ĩtestinis oborto:q phthiriasis græcæ dicit̄:quo tpe uis tāta pediculoꝝ toto eius corpe emanauit: ut nullo arguméto cohiberi possent:atq; hoc pacto mortem obiisse:sed Valerius aliter sentit:q.s.indignatiōe nimia pectus cōuulserit spiritū cū sanguine effuderit:qa Caius puteoloꝝ prícipes pecuniā ad refectionē capitolii ꝓmissam tardius reddidisset:magnū fuit sine dubio irā ĩ pector̄ ad mortē usq; cōcipe:fuit aūt genus illud morbi tātæ uirtutis ut ab arcana q̄dā naturæ rōne ꝓueniēs nullius medicinæ remedio:aliaue ratiōe cohiberi potuerit:absterſis.n.dilutisue primis statim subnascebant̄ & scaturiebāt:alii donec totū corpus in eā labē cōuersum sibi uitā tam tetro genere mortis eripuit:ne ciuium romanoꝝ funera ab eo crudeliter lacerata iacerēt inulta:ueꝝ teste Pli.ut diximus cōstat illū in hoc suā fœlicitatē dānasse:ꝙ capitoliū dedicare nō potuisset.ꝙ Puteolis:Distat hoc oppidū decē passuū milib.a Neapoli:& est positū aduerbialiter ac si diceres.Venetiis puteoli.oloꝝ.ꝙ Cunctatius:Tardius ꝓmiserāt decuriōes certā pecuniæ q̄titatē ad capitolii refectionē:quā cum tardius coloniæ princeps exegisset ĩpatientia doloris & iræ Sylla spiritum cum sanguie fudit.ꝙ Nec senio:Occurrit tacitæ obiectiōi:ꝙ nō ira:sed nimia senectute perierit:dicit nō ita eē ad sexagesimum annum puenerat:q̄ adhuc ætas robusta eē cōsueuit.ꝙ Sed alita miseriis.Populi Ro. ĩpotētia.Iam multo antea nutrita animi ĩpotentia in reipublicæ ruinis.

Puteoli

NEq; ab ignotis:A domesticis trāsiēs ad externa dicit nō iō se uelle externoꝝ hoīum irā odiūq; referre: qa clarissimis uiris uitia iuuet exprobrare:sed ut p̄positi sui fidem adimpleat:quoniā ab initio cunctarum gentium facta simul ac dicta memoratu digna complecti uelle ꝓmisit.ꝙ Fides ꝓpositi: Quia in se facturum promiserat.ꝙ Voluntas:Scilicet mea quæ nisi honesta complecti uellet.

OLI.

OLI. Alexãder iracundꝰ

ALexandrũ iracũdia: Cum ꝓp regẽ gestaq; magnitudinẽ & originis opinionẽ q; ex diuio semie natus eẽ crederet Alexãder: iam ꝓpemodũ i nũero deoq; haberet: sola iracũdia illi cœlũ eripuit: ut iter deos nõ sit cõnumeratus. ℣ Quid obstitit: Quasi dicat nihil: nisi iracũdia obstitit quo minus in cœlũ ascenderet: cũ.n. diceret ex stirpe diuina natus: q; sanguis imanis cõcubitu fuisset cõceptus quã i cubiculo matris sæpe uisam ꝑdigii specie iteruentuq; Philippi euolutã repente atq; ex oculis elapsam ferunt: cũq; hãc hoium insitã ais opinionẽ ipse uirtutũ & regq; gestaq; magnitudie cõfirmasset: nihil obstare debuit quo minus deus esse crederet: sed obstitit iracũdia. ℣ Lysimacus leoni obiectꝰ: Fuit lysimacus teste Iustino illustri qdem Macedõiæ loco natus: sed uirtutis experimentis oĩ nobilitate clarior: q̃ tãta in illo fuit: ut ai magnitudie philosophia ipsa utriũq; gloria oẽs ꝑ quos oriẽs domitꝰ est uicerit: qppe cũ Alexãder callisthenẽ philosophũ ꝓp salutationis ꝑsicæ iterpellatũ morẽ insidiaq; q̃ sibi paratæ fuerãt cõsciũ fuisse ratus eẽt: eũq; truncatis crudeliter mẽbris: abscissisq; auribꝰ ac naso labiisq; deforme ac miserandũ spectaculũ reddidisse: insup cum cane in cauea clausum ad metum cæteroq; circũferret tunc Lysimacus audire callisthenẽ & p̃cepta ab eo recipe uirtutis solitus: misertus tãti uiri nõ culpæ: sed libertatis pœnas pendẽtis uenenũ ei in remedium calamitatũ dedit: q; adeo egre Alexãder tulit: ut eum obiici ferocissimo leoni iuberet: sed cũ ad cõspectũ eiꝰ cõcitus leo ipetũ fecisset: manum manipulo iuolutã lysimacus m os leonis imersit arreptaq; ligua ferã exanimauit: qđ cũ nunciatũ regi eẽt admiratio i satisfactionẽ cessit cariorẽq; eum ꝓp cõstantiã tãtæ uirtutis habuit. ℣ Et clytꝰ hasta traiectꝰ: Solẽni quodã die Alexander amicos suos in cõuiuiũ uocat: urbi orta iter ebrios regq; a Philippo gestaq; mẽtiõe: ꝑferre se ꝑri ipse regq; quã suaq; magnitudinẽ extollere celotenus cœpit. Assentãte maiore cõuiuaq; parte: itaq; cũ unus ex senibus Clytus ductus fiducia amicitiæ regiæ cuius palmã tenebat memoriãq; philippi tueret laudaretq; eius res gestas: adeo regẽ offendit: ut telo a satellite rapto eundẽ in cõuiuio trucidauerit: q̃ cæde exultãs mortuo patrociniũ philippi laudẽq; ꝑnæ militiæ obiectabat: postq̃ satiatus cæde aius q̃uit: & in locũ iræ successit existimatio: mõ ꝑsonã occisi: modo cãm occidẽdi cõsiderãs pigere eum facti cæpit: q ꝑnas laudes: tã iracunde accepisse seq̃ nec cõuicia debuisset: amicũq; senẽ & inoxium a se occisum iter æpulas & pocula dolebat: eodẽ igit furore i pœnitẽtiã quo pridẽ i irã uersus mori uoluit: primũ i fletus ꝓgressus amplecti mortuũ uulnera tractare: & q̃si audiẽti cõfiteri demẽtiã arreptũ tælũ in se uertit: pegissetq; facinus ni amici iteruenissent mãsit hæc uoluntas moriẽdi ẽt in seq̃ntibus diebus. Cice. tuscu. qõne q̃rta: ut Alexãdrũ regẽ uidemus q cũ interemisset Clytum familiarẽ suũ uix a se manus abstinuit tãta uis fuit pœnitẽdi. Seneca ad Lucilĩũ epistola. lxxxiii. cuius prĩcipium est. Singulos tibi dies refert inqt Alexãdri macedonis exẽplum q Clytum carissimũ sibi ac fidelissimum iter epulas trãsfodit: & itellecto facinore mori uoluit. ℣ Calisthenes mori iussus: De hoc Calisthene dixius supra i cap. de sapiẽter dictis exemplo Aristotelis. Nam ille aduersus Darium proficiscenti Alexandro comitem dederat memoratq; ut regiis auribus aut iocunda diceret aut silentiũ seruaret q; neutrum fecit calisthenes. ℣ Quia tres maximas uictorias: Bene inquã iracundia maxime obstitit quominus in deoq; numeq; trãsferret. Nam q̃uis ter Darium uicerit: totiens tamẽ & ipse ab ira supatus est. ℣ Tres uictorias: Ter uicit Darium persaq; regẽ. Primo in cãpis Adrastis: ubi in acie persaq; fuere sexcẽta milia militum: deinde apud Tarium montem in qua pugna fuere ccc. milia peditum: & cẽtum milia eqtum. Postremo haud ꝓcul a Babilone quo cõfugerat Darius.

Lysimacus leoni obiectus

De Alexandro Rege.

ALexandrũ iracũdia sua ꝓpemodũ cœlo diripuit: nã qd obstitit quo mius illuc assurgeret nisi Lysimacus leoni obiectus & Clytus hasta traiectus: & Callisthenes mori iussus: qa tres maximas uictorias totidẽ amicoq; iniustis cædibus uictor edidit.

De Hamilcare.

QVam uehemẽs deide aduersus populũ romanum Hamilcaris odiũ. Quattuor. n. puerilis ætatis filios ituẽs eiusdẽ numeri catulos leoninos in ꝓniciẽ iperii nri alere se ꝑdicabat: digna nutrimẽta quæ i exitiũ ꝑriæ suæ (ut euenit) cõuerterentur.

De Hannibale.

QVibus Hannibal maturæ adeo ꝑris uestigia subsecutus est: ut eo exercitũ in hispaniã traiecturo & ob id sacrificãte octo annoq; natu altaria tenẽs iuraret se cũ primũ ꝓ ætatem potuisset acerrimũ hostẽ. Po. Ro. futuq;: ut ptinacissimis ꝑcibus instantis belli commilitium exprimeret.

Clytꝰ ab Alexãdro occisꝰ

OLI. QVam uehemẽs: Quãto odio romanos ꝓsequeret Hamilcar penoq; dux suis ipse uerbis ĩdicauit: cũ. n. filios q̃ttuor haberet se q̃ttuor leoninos catulos in pniciem. Po. Ro. nutrire p̃dicabat cum eos magis i ꝑriæ exitium aluerit. ℣ Vehemẽs: Efficax odium. ℣ Hamilcaris odium: Cum multi fuerit hamilcares carthaginẽsium duces dubitari posset de quo Valerius dicat. Loquit ergo de Hamilcare Hãnibalis patre qui quo punico bello supatus a Romanis: Siciliam: Sardiniamq; amisit. ℣ Quattuor. n. Tres dumtaxat fuisse Iustínus tradit: Hãnibalem. Asdrubalem. & Saphonem.

OLI. QVibus Hãnibal: Liuius decade secũdi punici belli i prĩcipio. Fama ẽt est inqt Hãnibalẽ annoq; ferme nouẽ pueriliter blãdiẽtem patri Hamilcari ut duceret in hispaniã cum ꝓfecto aphrico bello exercitum eo traiecturus sacrificaret altaribus admotum tactis sacris iureiurãdo adactum se cũ primũ posset hostem acerrimum fore. Po. Ro. ℣ Maturæ: Tempestiue utpote in puerili ætate. ℣ Instãtis: Quod aduersus hispanos parabat. ℣ Commilitium: Comitatum militiæ ut patri duci comes iret in militiam.

HDē ſignificare: Rurſus cū ſignificare uellet hannibal quāto inter ſe odio carthaginenſes Romanicꝫ laborarēt terrā pede percuſſit & puluerē excitauit: deinde tū belli finē inter eos futuꝫ dixit cū alterutra pars in cinerem fuerit reſoluta quod tandem ductu: & auſpiciis Aphricani inferioris Carthaginicontigit. ℣ Inflicto in. Incuſſo. ℣ In puerili pectore: Hoc dicit ut ſequens coniungat exemplum. OLI.

Amcꝫ ſemiramis: Hoc magis ad mulieris uirtutē & magnanimitatē q̄ ad iudiciū & iracūdiā ſpectare uidet cū i cubiculo caput exornāti ut mulieres ſolēt ſibi nūciatū eēt babylōiā a ſe defeciſſe: tāta ut Vale. dicit ira pcita ē: ut alii uolūt aī magnitudie fuit ut nō prius reliquū capitis (iā. n. ptē exornauerat) redimere uoluit q̄ urbē i ſuā deditionē redegerit. Multa de hac fœmia p̄clara leguntꝫ apud Diodoꝫ ſiculū li. iii. tā de natiuitate q̄ mirabilis fuit q̄ de uirtute & rebꝰ geſtis: iter q̄ illā pulcherrimū q̄ cū Minꝰ aſſyrioꝝ rex i bactrianis bactrā urbē nā loci & magnitudine & arce ac cæteris rebꝰ q̄ ad defenſionē ſpectāt mūitiſſimā obſideret: ḡa expugnare ñ poſſet una mulier īgenio & uirtute ſua expugnādæ urbis rōnē iuenit. cū. n. adducta eēt i caſtra a menōe eiꝰ marito. nondū. n. uxor Nini facta fuerat illa ut acumine p̄ſtabat īgenii p̄ſpecta obſidiōe tū loci urbiſq; ſitu quaq; adiri poſſet aīaduerſis arcē ḡa loco natura mūito difficiliq; erat: & quē nullꝰ antea tēptarat acceſſu cuſtodiis uacuā cōſpexit: & intētis oībus ueluti arce ab hoſte tuta ut iferiori p̄ti cāpeſtri ſubſidiū ferrēt: ſumptis q̄ p̄ loca petroſa abruptaq; aſcēdere ſoliti erāt p̄ aditū uallis p̄cipitē ſupata loci aſperitate ptē arcis cœpit: magnoq; ad terroré excitato tumultu ſignū captæ arcis obſidētibꝰ dedit: oppidiā arce amiſſa obſtupefacti de relictis mœnibus fuga ſaluti cōſuluerūt: capta ciuitate admiratus Semiramidis uirtutē Ninus eam ſibi uxorē aſciuit. ℣ Babylōia: accuſatiuꝰ græcus ē ℣ Defeciſſe: deſciuiſſe. ℣ lā parte crinium: iā capitis parté exornauerat pars altera ſoluta erat. ℣ Decoré: ornatū & pulchritudiné. ℣ Tātā urbé: quā cōſtat omniū orientaliū maximā eſſe. ℣ Quo circa ſtatua eius. Ne tantæ rei memoria poſſet aboleri ſtatua illi Babyloniæ erecta eſt eo quo urbem uendicauerat habitu. Bactra urbs

¶ Semiramis. Polyenus Macedo ſtrategematon octauo. Semiramis īquit quō Lauaret ad nuncium defectionis aſſyriorum: ſicut adhuc erat illota rapuit in eos agmen &c. THE.

De Eodem Hannibale.

HDem ſignificare Cupiens q̄to inter ſe odio Carthago & Roma diſſiderēt: inflicto i terram pede ſuſcitatoq; puluere tunc inter eas fore finem belli dixit: cum alterutra pars in habitum pulueris eſſet redacta: in puerili pectore tantū uis odii potuit: ſed in muliebri quoq; æque multum ualuit.

De Semiramide regina Babyloniæ.

NAmq; Semiramis aſſyrioꝝ regina cū ei circa cultū capitis occupatæ nūciatū eēt Babyloniā defeciſſe altera ptē criniū adhuc ſoluta p̄tinus ad eā expugnādā cucurrit nec priꝰ decorē capilloꝝ in ordiné quā tātā urbē i ptātē ſuā redegit. Quo circa ſtatua eius Babylone poſita ē illo habitu quo ad ultionem exigendam celeritate præcipiti tetendit.

De Auaritia. Cap. IIII.

PRotrahat' etiam in medium auaritia latentium indagatrix lucrorum manifeſte p̄dæ auidiſſima uorago nec habēdi fructu fœlix: & cupiditate q̄rēdi miſerrima. OLI.

De. M. Craſſo & Q. Hortēſio.

CVm admodū locupleti. L. Minutio Baſilio falſum teſtamētū q̄dā in græcia ſubieciſſet eiuſdēq; cōfirmādi gra potētiſſimos ciuitatis nr̄æ uiros. M. Craſſum & Q. Hortēſiū: q̄bus Minutius ignotus fuerat tabulis hæredes inſeruiſſet quāquā euidēs fraus erat tamē uterq; pecūiæ cupidus facinoris alieni munus nō repudiauit quātā culpā q̄ leuiter rettuli? lumia curiæ: ornamēta fori: q̄d ſcelus uidiū hēt q̄ nēo ſapiēs unq̄ cōcupiuit: ea q̄ſi uenenis malis ībuta corpꝰ aīumq; uirilé effœmīat ſpēs īfinita & īſatiabilis ē neq; copia neq; inopia minuit'. Ci. illā igni cōparauit cui q̄to plꝰ materiæ ſupimponit' tāto magis īcēdit': ſic & auaritia q̄to plus hūerit tāto magis cōcupiſcit: nā ſemp creſcit amor nummi q̄tū pecūia creſcit: ut Iuue. uñ ē illud tritū apud oēs ꝓuerbiū cū cætera uitia ſeneſcāt ſola auaritia iuueneſcit. ℣ Auidiſſima uorago: Cupidiſſima ꝓfunditas q̄ nulla copia repleri poſſit. ℣ Prædæ: néo eſt q̄ dubitet auaritiā eē p̄dæ miniſtrā: auarus. n. pp auiditatē nullū quæſtū ſibi turpē eſſe putat: nā quottidie fraudat: decipit: poſcit: paciſcit': aufert: eripit: ſpoliat: expilat: depeculat': teſté ſupponit: omnia deniq; per fas & nefas accumulat: ergo ḡa nunq̄ ſatiat' recte uoragini comparatur. ℣ Neq; habendi fructu fœlix: fœlix eſt qui ex rebus partis fructum capit. hoc autem non accidit auaro: non igitur fœlix. Pro/uer/bium

CVm admodū locupleti: Ci. li. iii. officioꝝ. Cōſideremus īqt q̄ faciūt hi q̄ habent' bōi. L. Minutii Baſilii locupletis hoīs falſum teſtamētū q̄dā e græcia Romā attulerūt: q̄d quo facilius obtinerēt ſcripſerunt ſecū. M. Craſſum & Qu. Hortēſiū hoīes eiuſdé ciuitatis potētiſſimos: q̄ cū illud falſum eē ſuſpicarēt. ſibi āt nullius eēnt cōſcii culpæ alieni facinoris munuſculū nō repudiauerūt: q̄d ergo ſatin hoc ē ne deliqſſe uideāt' mihi certe nō uidet': uide igit' q̄d faciat auaritia uiros clariſſimos q̄ bōi habebant' Romāæ ciuitatis prīcipes īpulit ad ꝓbationé teſtaméti q̄d ſibi alioꝝ bonoꝝ inſidiator obtulerat. ℣ Subieciſſet. Nā mortuo Minutio teſtamētū ille nō Minutii teſtatoris: ſed aliud a ſe ſcriptū ſubiecit. ℣ Quibus: Minutius ignotus fuerat. Argu/ OLI. Definitio uitiæ

mẽtũ potissimũ: testamẽtũ illud falsum eẽ q; ab ignoto eẽnt hæredes cõscripti. ℣ Quãtã cul. Inuehit quodãmõ in hos Vale. cũ dicat tm̃ crimẽ tã leui reph̃siõe pstringi nõ debere qppe cũ ciuitatis lumia curiæ forig; pricipes tãta auaritia capti sint ut ẽt falsum testamẽtũ cõprobare uoluerint. ℣ Quã breuiter ret. Quasi dicat q̃ lõgiori oone & reph̃siõe fuit ꝓsequẽda. ℣ Captura: lucrũ utilitas acqsitio: a capiendo dicta ut captura pisciũ. ℣ Texerũt. Defenderũt amplitudine sua qa nemo inuẽtus est q cõtra hog; hominũ auctoritatẽ testamẽtũ illud rescindere auderet.

OLI. VErũ aliq̃to maior. Vis magna auaritiæ Crassum & hortẽsiũ incessit: sed multo maior Cassiũ cũ hispaniæ ꝓuinciæ ꝓfectus Syllanum & Calpurniũ. q cõiurauerãt i eũ dep̃hẽdisset cũ pugiõibus qbus eũ occisuri uenerãt pecũia corruptus utrũq; dimisit icolumẽ nã alter qnq̃gies sextertiũ: alter sexagies daturũ ꝓmisit. ℣ Aliq̃nto maiores. Scilicet uires dedit auaritia. ℣ Pugionibus. Pugio breue telũ lateri adherẽs a pungẽdo uel ut alii uolũt a pugno dictus. ℣ At qs dubitet: Exaggerat huius hominis auaritiã ut dicat eũ precio uitã fuisse uenditum; si quis tantundem obtulisset quãtum ab utroq; illorum accepisset: iugulum ei sine dubio resecandum præbuisset.

Pugio

THE. ¶ In. Q. Cassio. Q. Cassius lõginus is fuit: q ꝓtiũ Cæsaris Hispaniã cũ legiõibus obtinebat. historiã refert Oppius aut Hirtiꝰ de bello Alexãdrino: q belli ciuilis Pompeiani quartus est.

OLI. CAeteg; auaritia: Superiores ferme oẽs Septimilius auaritia supauit q auri sacra fame cõpulsus scã amicitiæ iura uiolauit. Cũ. n. C. Gracchi familiarissimus eẽt ut i uita Gracchog; legit̃ post dãnatũ Gracchũ animũ fortũa mutauit ꝓpositon. p cõsulẽ ꝑmio qcũq; Gracchi caput detulisset ad eũ illi tãtũdẽ auri repẽsatug; nulla mora sceleratissimus hõ caput amici trũcatũ ñ solũ ad ꝙsulẽ detulit: sed ẽt euacuato craneo infusoq; plũbo quo plus auri reciperet ifisum hastæ ꝓ ora uulgi deportauit tãq̃ cæsi hostis spoliũ. ℣ Pilo ifixũ. Qđ fuit multo fædius. ℣ Auro repẽsug;: Edictũ fecerat Opimiꝰ cõsul se tãtũ auri datug; q̃ti põderis Gracchi caput esset: ei. s. q caput illud ad se detulisset. ℣ Liq̃to: soluto & liq̃facto plũbo. ℣ Cauatã ptẽ: Videlicet educto cerebro ex craneo: qđ ẽt i. M. Crasso a milite partho factũ fuisse legimus. ℣ Fuerit ille seditiosus: Fac ita eẽ ut seditiõis cã leges ferre uoluerit gracchus & merito cæsus fuisse uideat̃: nõ tamẽ debuit Cliens táto auaritiæ ipetu ferri ut patronũ bene de se meritũ auri cupiditate tã crudeliter necaret: ut ẽt mortuo insultaret. ℣ Fuerit ille seditiosus: Cõcedat̃ inqt seditiosum fuisse Gracchũ: hoc ãt dicit qa dubitat̃ an priuatag; opũ cupiditate: an reip. utilitate agrarias leges ferre uoluerit. C. Gracchus. Cic. in exortatiõibus indigne cæsum fuisse fatet̃: nã & Opimius cõsul paulo post fuit interemptus siue ꝓpter quasdam seditionũ suspiciones siue ꝓpter iniustam Gracchi mortem. ℣ Bono perierit exemplo. Occisus fuerit pro utilitate reipub. ut a seditionibus sibi caueant reliqui ciues cum exemplo Gracchi moniti sint quæ seditiosis uiris præmia decernantur. ℣ Tamen scelesta fames: Scelerata cupiditas: Virgilius. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames. ℣ Esurire: Vehementer cupere & permansit in translatione quia dixerat fames: ideo esurire subiunxit.

Grac/chi ca/put auro re/pen/sum

De Cassio.

VErum aliquãto maiores uires in. Q. Cassio exhibuit q in Hispaniã Siliũ & Calpurniũ occidẽdi sui gratia cũ pugionibus depræhẽsos qnquagies sextertiũ ab illo: ab hoc sexagies pactus dimisit. At quis dubitet si alterum tãtum daretur: iugulum quoq; suũ æquo animo illis fuisse præbiturũ.

De Lucio Septimuleo.

CAeteg; auaritia ante oẽs. L. Septimulei ꝓcordia possedit: q cũ. C. Gracchi familiaris fuisset caput eius abscindere & ꝓ urbẽ pilo fixũ ferre sustinuit: qa Opimius cõsul aug; id se repensurũ edixerat: sunt q tradũt liquato plumbo eũ cauati partẽ capitis quo põderosius esset expleſſe: fuerit ille seditiosus: bono perierit exẽplo: cliẽtis tamen sceleſta fames in has usq; iacentis iniurias esurire non debuit.

De Ptolemæo rege Cyprioꝝ.

DIũ merita Septimulei auaritia: Ptolemæi ãt regis cyprioꝝ risu ꝓsequẽda. nã cũ ãxiis sordibus magnas opes corripuisset ꝓpiturũ se uideret: & iõ oĩ pecũia ipsita nauibus i altũ ꝓcessisset: ut classe perforata suo arbitrio periret & ut hostes ꝑda carerẽt nõ sustinuit. mergere aug; & argẽtũ: sed futurũ suæ necis ꝑmiũ domũ reuexit: ꝓculdubio hic nõ possedit diuitias: sed a diuitiis possessus ẽ: titulo rex insulæ aio aũt pecuniæ miserabile mancipiũ. uideat̃: nõ tamẽ debuit Cliens táto auaritiæ ipetu ferri ut patronũ bene de se meritũ auri cupiditate tã crudeliter necaret: ut ẽt mortuo insultaret. ℣ Fuerit ille seditiosus: Cõcedat̃ inqt seditiosum fuisse Gracchũ: hoc ãt dicit qa dubitat̃ an priuatag; opũ cupiditate: an reip. utilitate agrarias leges ferre uoluerit. C. Gracchus. Cic. in exortatiõibus indigne cæsum fuisse fatet̃: nã & Opimius cõsul paulo post fuit interemptus siue ꝓpter quasdam seditionũ suspiciones siue ꝓpter iniustam Gracchi mortem. ℣ Bono perierit exemplo. Occisus fuerit pro utilitate reipub. ut a seditionibus sibi caueant reliqui ciues cum exemplo Gracchi moniti sint quæ seditiosis uiris præmia decernantur. ℣ Tamen scelesta fames: Scelerata cupiditas: Virgilius. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames. ℣ Esurire: Vehementer cupere & permansit in translatione quia dixerat fames: ideo esurire subiunxit.

OLI. DIũ merita: Merito inqt Septimilii auaritia ẽ odio: at Ptolemæi regis ẽ risu ꝓsequẽda: dixius in ca. de moderatiõe cũ senatus audisset Ptolemæũ regẽ Cypri grãdẽ cõflare pecuniã ueritus ne tantis opibus rex incitatus bellũ renouaret Cyprũ in ꝓuiciæ formã redigere cõstituerũt qđ ubi regi nũciatũ ẽ opes suas peti id qđ erat existimauit itaq; ut Romãos opiniõe & pecũia fruſtrareẽ eã totã nauibus ipsuit eo aio ut his pforatis obrueret̃ qđ cũ iã altũ petisset auaritia ductus facere nõ sustinuit: nã cõsiliũ salubritate refertũ auaritia ꝑuertit: nã aug; & argẽtũ quo nihil carius illi eẽ poterat ꝓdere nõ sustinuit: itaq; reuersus opes qbꝰ piturus erat reponere maluit: q̃ illis perditis salutem seruare: nam senatus Catonem cũ classe misit q regiam pecuniam Romã deportaret: qđ ubi sensit Ptolemæus nimio dolore percitus ueneno fata ꝑuenit. ℣ Anxiis sordibus: Sollicitus auaritiæ cupiditatibus: nã proprie auaritia sordes appellant̃: eo q; hominẽ sordidissimũ faciat. ℣ Corripuisset: Congregasset: propterq; eas se periturum uideret & ideo omni pecunia impsita nauibus quia senatus

Cyprum prouinciam esse decreuerat. ℣ A diuitiis possessus est: Re uera diuitiarum seruũ regẽ hũc fuisse dicit.

ATq; ut supbia: Trãsit ad superbiã & impotentiã: primũ ãt exẽplũ est. M. Fuluii flacci cõsulis q cũ leges reipu. pnicioſissimas ferre uellet: unã ut qcũq; peteret ciuitas daret. Alterã ut si senatus id nõ ꝓbaret ꝓuocatio fieret ad Populũ: rogatus uix adduci potuit ut i curiã ueniret: ubi de his legibus: qs fere uolebat: accuratius cõsultabat: deide cũ ptim moneret partí rogaret a senatu ut ab ea sentẽtia desisteret nulla rõne adduci potuit ut tãtæ auctoritatis ordini resp̃sum ullũ daret: magna ꝓfecto illius pectori insita supbia: q dũ senatus amplitudiné spernit: nõ se cõsulẽ sed tyrãnũ exhibuit. ℣ Superbia & impotentia: Ex superbia sequitur impotentia: deinde ex impotentia: arrogãtia: superbia uitium est quo quis cæteris etiam immerito uult supereſſe hoc est præstare cunctis. ℣ Impotentía: Cum præ ira & cupiditate qs contineri nõ potest: quo minus sæuiat: arrogantia deinde nascit: nã cũ imoderato aí affectu rapit qs ad cõtumeliã: tũc oía sibi arrogat: qbus ẽt indignus est. ℣ In cõspicuo: in aperto: in manifesto. ℣ De ciuitate dãda: Declarat ipsas leges ut qcũq; ciuis Romanus fieri uoluit id ei semp liceret: nã dare ciuitatẽ nihil aliud est: nisi ciuẽ creare: pari rõne accipere in ciuitatẽ & donare ciuitate. ℣ De ꝓuocatione: Alia lex statuebat p̃terea ut si illi q ciuitatẽ cupiebant p senatũ impedirent quominus ciues Romani fierẽt: prouocationẽ habere possent ad populũ: ut si populus censeret dãdã eis eẽ ciuitatẽ: inuito senatu crearent. ℣ Ciuitatẽ mutare: Suam. s. urbẽ relinquere & Romã capescere. ℣ Tyrannici spiritus: Si uni tantũ senatori resp̃sum denegasset: Tyrãnus merito iudicari potuisset sed cũ uniuersum senatũ contempserit: plus q̃ tyrãnus dici potest. Fuluii leges

De Superbia & impotẽtia. Cap. V.

De. M. Fuluio Flacco.

ATq; ut superbia quoq; & impotẽtia in conspicuo ponant. M. Ful. flaccus cõsul. M. Plauci ipsei collega: cũ pernicio ſissimas reipu. leges introduceret de ciuitate danda & de ꝓuocatione ad populum eoꝝ qui ciuitatẽ mutare uoluissent: ægre compulsus est: ut in curiã ueniret deinde partim monenti: partim orãti senatui ut incœpto desisteret responsum nõ dedit. Tyrannici consul spiritus haberet: si aduersus unũ senatorẽ hoc mõ se gessisset quo Flac. in totius ampliſſimi ordinis cõtẽnenda maiestate uersatus est.

De. M. Druso Tribuno.

QVæ amẽtia. M. quoq; Drusum tri. pl. p summã cõtumeliã uexauit: paꝝ. n. habuit. L. Philippũ cõsulẽ qa se iterpellare cõcionãtẽ ausus fuerat: obtorta gula & qdẽ nõ p uiatorẽ sed p cliẽtẽ suũ adeo uioléter in carcerẽ p̃cipitẽ egisse ut multus e naribus eius cruor ꝓfunderet. Veꝝ ẽt cũ senatus ad eum mississet ut in curiam ueniret quare non potius inquit ipse in hostiliam curiam ꝓpinquam rostris ad me uenit? piget adiicere quod sequitur: tribunus senatus imperiũ despexit: senatus tribuni uerbis paruit.

De Gneo Pompeio.

GNeus ãt Põpeius q̃ insolenter egit? q balneo egressus ante pedes suos prostratũ Hipseũ ambitus reum & nobilẽ uirũ & sibi amicum iacentẽ reliquit: cõtumelioſa uoce proculatũ: nihil. n. eũ aliud agere q̃ ut conuiuiũ suum moraret respõdit: & huius dicti conscius securo animo cœnare potuit.

OLI. Druſi insolẽtia

OLI. Hipseus ambitus reus

℣ Interpellare: impedire. ℣ Non quidẽ per uiatorem: Dissentit a floro: qui hoc per uiatorem factum esse dicit Pli. de uiris illustribus per ipsum Drusum: dicit enim Consuli legibus agrariis resistenti ita collũ in conuiuio obtorsit ut multus sanguis efflueret de naribus. ℣ Non quidem per uiatorem reipublicæ: Si per uiatorem consulẽ cõpræhendi iussisset res minus indignitatis habuisset: sed tyrannice clientem misit in consulem.

GNeus aũt Põpeius: Hipseum Pompei amiciſſimũ Cicero cũ aliis in locis tum in epistolis familiaribus plane testat: quem pro Põpeio in restitutione Alexandrina plurimũ elaborasse dicit: ut illa prouincia Pompeio decerneret: hic igit ambitus dãnatus q̃ in petitione consulatus largitione populum corrupisset uenit ad Pompeiũ aduersus damnationẽ auxiliũ ab eo suppliciter petiturus: erat tũ in balneis Põpeius more maioꝝ paulopost cœnaturus: expectauit Hipseus donec egrederet e balneis: prouolutus deinde nte eius pedes rogat ut sibi adesse uelit: cui Põpeius supbe satis moraturus inqt ueniſti cõuiuiũ meũ nõ erubuit Põpeius nobilẽ uiꝝ sibi amicitia coniunctũ uidere humi ꝓstratũ & pedes eius cõplexũ tã cõtumelioſo responſo præterire. ℣ Quã insolenter. Scilicet se gessit. ℣ Proculatum: Oppressum: pessundatum. ℣ Moraretur: Differret.

OLI. ILle uero: Tulerat Põpeius legẽ de largitiõe & corruptela q̃ multi illustres uiri dãnati sunt: ubi socerũ suũ Scipionẽ hac lege dãnari ꝓcepit, cũ tricẽtis & sexaginta iudicibus egit ut opitularent socero: accusator cũ iudices uideret e foro ꝓsequi Scipionẽ continuo iudiciũ dimisit. Plutar. in uita Põpei. Cæteꝝ inqt cũ ĩ reos ambitus ac ex largitiõe corruptos põsideret leges scribẽs p q̃s iudicia ferebant: ĩ cæteris sẽ honestũ integrũ seruauit põsidiũ ornatũq; simul & quietẽ in curia suo cõsensu suisq; armis põbens. in Scipione tã tũ socero qui cũ damnari uidebat: crimen nõ effugit: apud. n. sese tricentis & sexaginta iudicibus domi cõuocatis auxilijũ illi attulit: q̃re accusator ab rei impetitiõe destitit cũ Scipionẽ uidisset medio foro a iudicibus põcomitatũ: itẽ paulo infra post paucos ẽt dies hipseus uir cõsularis iudiciũ uitans cognito Pompeiũ ad cœnã lotũ proficisci eius genibus accubuit: eũq; obsecrare cœpit: sed Põpeius cũ fastu eũ põterijt illũ inquiens cœnã sibi dissperdere aliudq; concluſit nihil. ℙ Non erubuit: Quod signũ est insolentiæ. ℙ Socerum suũ. Nam Corneliam filiam Pompeio dederat uxorẽ Scipio. ℙ Legibus: De largitione & corruptela. ℙ Virorum ruina: Quia multi his legibus damnati sunt. ℙ Mũeris: Loco beneficii. ℙ Maritalis lecti blanditiis: Vxoris illecebris ductus socerum rogauit absolui contra leges quas ipse tulerat: ac si diceret ad uxoris libidinem reipublicæ statum temperauit.

Cornelia Põp. fi.

OLI. TEtrũ facto: De triumuiroꝝ ꝓscriptione sæpius dictũ est. Antonii. s. Octauiani & lepidi: quã crudeliter nimis exercuerũt: in ea ꝓscriptiõe Antonius nõ crudelis solũ sed dicto factoq; superbissimus apparuit: cũ in alios: tũ ĩ primis in Cassetiũ ruffũ quẽ multis cũ aliis ꝓscripserat: cuius caput tũ a pcussoribus ĩter epulas ei fuisset oblatũ a tãta spectaculi fœditate cæteri oẽs cõuiuæ oculos auerterũt: ipse uero nõ mõ nõ auertit: sed ẽt p summã insolẽtiã insultauit: suscepto. n. capite manibusq; ptractato ac sæpius reuoluto expectãtibus cõuiuis qd nã dicturus esset: demum se illum nescire uel non nouisse dixit: superbe satis: nam in illius contemptu dixit. ℙ Facto: Quod inter epulas caput ruffi tractaret. ℙ Dicto: Quod se illum ignorare diceret. ℙ Aduersantibus: Quia nõ possent tantam spectare fœditatem. ℙ Superbia de senatore: in senatorem: superbus ꝙ illum quem omnes nouerant se ignorare diceret. ℙ Impotens in occisum. Quod eius caput diu pertractatum tanq̃ ignotum abiecerit.

Antonius insolens

De Eodem Pomp.

ILle uero etiã in foro non erubuit. P. Scipionem socerum suum legibus noxium: quas ipse tulerat in maxima quoq; reorum & illustriũ ruina muneris loco a iudicibus deposcere maritalis lecti blanditiis statum reipublicæ temperãdo.

De Marco Antonio.

ETrũ facto pariter ac dicto. M. Antonii cõuiuiũ. Nam cũ ad eũ triumuirũ Cesetii ruffi senatoris caput allatũ esset aduersantibus id cæteris ꝓpius admoueri iussit: ac diu diligenterq; considerauit: cunctis deinde expectantibus quid nã esset dicturus: hunc ego inquit notum nõ habui: Superba de senatore: impotens de occiso confessio.

Externa de Alexandro rege.

SAtis mũlta de nostris: aliena nũc adiiciant. Alexãdri regis uirtus & fœlicitas tribus insolẽtiæ euidẽtissimis gradibus exultauit. Fastidio. n. Philippi Iouẽ Hãmonẽ patrẽ asciuit: tedio moꝝ & cultus macedõici: uestẽ & ĩstituta ꝓsica assumpsit. Spreto mortali habitu diuinũ caput æmulatus ẽ: nec fuit ei pudori filiũ Ciuẽ hominem dissimulauere.

De Xerse Rege.

QAm Xerses cuius in nomine supbia & impotentia habitat: suo iure tã insolenter usus ẽ: qd græciæ indicturus bellũ adhibitis Asiæ principibus: ne uiderer inqt meo tantũmõ usus cõsi-

OLI. Alexãdri superbia

SAtis multa: Nimia reꝝ fœlicitas ad eã insolentiã regẽ Alexãdrũ ꝓuexit ut ẽt Philippũ regẽ sibi patrẽ esse fastidiret: seq; Iouis Hammonis filiũ põdicaret: cõtẽptis deinde Macedonicis moribus & cultu: põsicos habitus & instituta susciperet: denicq; spreto humano cultu ut se deũ faceret fastigio caput exornaret. ℙ Virtus: In rebus gerẽdis uirtus illius maxĩa semp enituit. ℙ Fœlicitas: Qua uno tenore ꝓspere sibi cuncta cesserũt. ℙ Exultauit: Sublata est. ℙ Fastidio Philippi: Quia fastidiebat Philippũ patrẽ corrupto sacerdote se Hammonis filiũ põdicari iussit. ℙ Asciuit: Asseruit uendicauit. ℙ Instituta ꝓsica: Nã more persaꝝ: se adorari passus est: q̃ apud eos salutandi modus est. ℙ Spreto mortali habitu: Nõ cõtentus fuit diademate quo utunt reges. ℙ Diuinũ caput æmulatus est: Imitatus est diuinã maiestatẽ sumpto fastigio diuinaq; corona qua deorum capita coronantur. ℙ Nec fuit ei pudori: Non erubuit Alexander nimio successu elatus dissimulare hominem & deorum cultu aucupari: sed dum homines deosq; contemnit: id illi merito contigit: ut in deorum numero locum non inuenerit. Qu. Curtius Alexander inquit non homines sed etiam deos decipit: qui postulat deus credi.

OLI. Xersis supbia

QAm Xerses: Hoc etiam Herodotus tradit cum Xerses statuisset bellũ græcis inferre omnes Asiæ principes conuocari iussit: quibus præsentibus ita fatus est: uos inquit in unum coegi ut mei consilii participes facerem: cæterum scitote uobis esse parendum: quid arrogantius? nihil aliud dicere uoluit nisi uelitis nolitisue bellum hoc gesturus sum. ℙ In cuius nomine: Audito nomine Xersis ipsa superbia cognoscitur quæ tanta in eo fuit ut etiam ipsis diis minitari ausus fuerit: ut compedes Neptuno: de quo quidam dixit. Qui mare: qui terras: qui cœlum territat armis. ℙ Contraxi: in unum coegi. ℙ Arroganter etiam si uictori:

Si uictor de græcis triumphasset eius tamen dictum arrogãs uisum fuisset. ℙ Tam deformiter uicti: Qui naudali prælio a Themistocle superatus in patriam piscatoria naui turpiter effugere coactus est.

HAnnibal de supbia q̃ usus fuerit Hánibal post uictoriã ut suoꝝ neminẽ admiserit ut respõsum p̃ interprætẽ dederit. Liuius q cãnẽsem pugnã ambitiose describit nullã ꝑrsus mẽtionẽ facit quinimmo post uictoriã suos illi cõgratulatos fuisse dicit his uerbis: Hánibali uictori cũ cæteri circũfusi gratularent suaderẽtq; ut táto ꝓfuncto bello dici qd̃ reliquũ eẽt noctisq; ísequẽtis qetẽ & ipe sibi sumeret & fessus daret militibus. Maharbal p̃fectus eqtũ minime cessandũ rato, ímo ut qd hac pugna sit actũ scias Hánibal die quarto íqt uictor í capitolio epulaberis: seq̃re cũ eqte ut prius te uéisse q̃ uẽture sciãt, p̃cedãt: Hánibal inqt inimici: læta res ẽ: sed uia maior q̃ ut eã stati capere aío possim: itaq; uolũtatẽ se laudare Maharbalis ait: ad cõsiliũ pẽsandũ tpis opus eẽ tũ Maharbal: nõ oía eidẽ dii dedere: uincere scis Hannibal: uictoria uti nescis: qd̃ idẽ tradit & Plut. in uita Hániba lis nec supbiæ ullã ꝑrsus mẽtionẽ facit. ℙ Successu: Fœlicitate & rebus prosperis. ℙ Admísit: Ad se recepit uéiẽtẽ salutãdi aut gratulãdi gra. ℙ Per íterprætẽ: Per íternũciũ: ná si qs forte uenisset legatus nõ ipe sed íterpres respõsa dabat. ℙ Ante tabernaculũ: Quia tẽtoriũ ígredi nõ licebat. ℙ Paucis diebus: Liuius dicit tertio die. ℙ Adeo fœlicitatis & moderatiõis: uix fœlicitas & cõsiliũ cõiungi possunt cũ res secũdæ ut plurimũ ísolescere faciãt hoes. ℙ Moderatiõis: Tẽperãtiæ atq; ꝓsilii. ℙ Diuiduũ: Sepatũ. ℙ Cõtuberniũ: Cõsortiũ atq; societas: ná fœlicitas rerũq; successꝰ sic plerũq; hoiuꝫ mẽtes nimia lætitia ꝑuertit: ut nulla rõne sibi modrari possit.

OLI. Hánibalis fastus

lio uos contra. xi. Cæteꝫ mementote parendũ magis uobis q̃ suadendum: arroganter: etiam si uictori repetere ei regiam contigisset: tam deformiter uicti nescias utrum insolentius dictum an impudentius.

De Hannibale.

HAnnibal ãt Cãnensis pugnæ successu elatus nec admisit quẽquã ciuiũ suoꝝ i castra nec responsum ulli nisi ꝑ interprætẽ dedit. Maharbalem etiã ante tabernaculũ suũ clara uoce affirmantẽ prospexisse se quonam mõ paucis diebus Romæ in capitolio cœnaret: aspernatus est. Adeo felicitatis & moderationis diuiduum contubernium est.

De Carthaginẽsibus & Cãpanis.

INsolentiæ uero inter carthaginẽsem & Cãpanũ senatũ q̃si æmulatio fuit ille. n. separato a plæbe balneo lauabat: hic diuerso foro utebat: quem morem Capuæ aliquãdiu retentum. C. quoq; Gracchi oratione in plautium scripta patet.

De Perfidia. Cap. VI.

OCcultũ iã & isidiosum malũ ꝑfidia elatebris suis extrahat: cuius efficacissimæ uires sunt mẽtiri ac fallere: fructus i aliquo admisso scelere cõsistit: tũ certus cũ crudelitatẽ nefariis uiculis circundedit: tãtũ incõmodi hũano generi afferẽs: quãtũ salutis bona fides ꝑstat. Habeat igit nõ minus reꝑhẽsiõis: q̃ illa laudis cõsequit.

De Tatio Sabino.

ROmulo regnãte Spuriꝰ Tarpeiꝰ arci ꝑerat cuius filiã uirginẽ aquã sacris petitũ extra mœnia egressam Tatius: ut armatos sabios in arcẽ secũ reciperet corrupit: mercedis noie pactꝰ q̃ in sinistris mãibus gerebãt. erãt ãt his armillæ & anuli magno ex põdere auri. loco potitũ agmẽ sabino-

INsolentiæ uero. Tãta fuit cãpanoꝝ supbia ut cũ carthaginẽsibus cõtẽdisse uideãt: ná quẽadmodũ hi balnea sepata habebãt í qbꝰ plæbei lauari nõ poterãt uel certe nõ licebat: sic illi forũ plæbis a nobilitate distictũ í ciuitate fundarũt cuius rei Gracchus mẽinit í oone cõtra Plautiũ. ℙ Quasi æmulatio: Quasi iuidia & cõcertatio: hoc est cõtentio: ná cãpani pœnos: pœni cãpanos in superbia æmulabant. ℙ Diuerso foro. Quia nõ eodem plæbeis & principibus iura reddebantur: sed alteris altero foro.

OLI.

OLI. Perfidia

CCultũ iã: & dicturus de ꝑfidia eã quodãmõ diffinit: ut dicat ꝑfidiã eẽ q̃dã occultã fraudẽ ísitã hoíum pectoribus q̃ sp mẽtiri & fallere cõ cupiscit. ℙ Occultũ & isidiosum malũ. Diffinitio ẽ ꝑfidiæ q̃ latẽter ísidias aliis inectit. ℙ Elatebris suis: In cõspicuo ponat ut cognosci possit & cognita uitari. ℙ Mẽtiri & fallere: Verbis & re decipere: ná mentit aliqs cũ sciens quẽpiã fallere cupit fallit rebus ipsis. ℙ Fructus: Finis perfidiæ est quæstũ dolo malo q̃rere & patrato scelere fructus subsequit. ℙ Tũ certus: Et præcipue certus fructus est cũ ille in quem perfidia intendit inuolutus fallaciis crudeliter tractat: sed cum perfidiæ addit crudelitas detestabilius nihil esse potest. ℙ Tantum incõmodi. Per comparationem uituperat eam q; tantum iacturæ humano generi perfidia quantum utilitatis bona fides affert: ergo quantum hæc laudanda tantum illa uituperanda.

ROmulo regnãte: Nota est historia post raptas sine more sabinas aliasq; fœminas nouissimũ a sabinis bellũ ẽ ortũ multoq; id maximũ fuit: nihil. n. ꝑ irã & cupiditatẽ actũ est a sabinis sicut a crustuminiis arrenatibus: cenensibus q; pari iniuria fuerãt affecti: nõ ostẽderũt sabini bellũ prius q̃ intulerũt. cõsilio ẽt additus dolus est. Spurius Tarpeius Romãæ ꝑerat arci. huius filiã uirginẽ auro corrupit Tatius ut armatos sabinos in arcẽ accipiat: ná aquatũ ierat tũ forte puella ad sacrificia faciẽda. Acceptis obruptã armis ne cauerũt. seu ut ui capta potius arx uideret: seu ꝑdendi exẽpli cã: ne qd usq; fidũ ꝑditori eẽt. Addit fabulæ q; uulgo

OLI.

sabini aures armillas magni põderis brachio leuo gẽmatosq; magna specie annulos habuerũt, pepigisse eã qđ in siniſtris mãibus haberẽt eo ſcuta illi ꝑ aureis cõgeſta, ſunt q eã ex pacto radẽdi qđ ſiniſtris mãibus eſſet decreto arma petiſſe dicãt: & fraude uiſam agere ſua ipam perẽptã mercede, tenuere tamẽ arcẽ ſabini hoc pfidia uſi q; ꝑditricẽ fraude necarũt, ꝙ Sacris: Ad ſacrificia faciẽda q̃ inſtabãt, ꝙ Armis obrutã. Sic & Oui. Arciſq; uia tarpeia reclusa. Dignã animã pœna cõgeſtis exuit armis, ꝙ Abſit reprehenſio. Nõ eſt inqt hæc perfidia reprehendenda quia ſcelerata puella impiam fecit proditionem patris & patriæ & grauiori etiam ſupplicio digna uidebatur.

OLI. SErgius quoq; galba. Hæc hiſtoria poſita eſt i capitulo de iudiciis uel infamibus lib. viii. ꝙ Quo facinore maximam. Quãuis luſitanoꝝ clades maxima fuerit, maius tamẽ galbæ crimen deteſtabiliorq; pfidia fuit, ex quo maius, & ipſe ſupplicium merebatur quamuis illud euaſerit: ut ſupra oſtendimus.

OLI. GNeum ãt Domitiũ, pari pfidia Domitius decepit Bituitũ Auernorũ regẽ quẽ ad colloquiũ inuitatũ & fide data hoſpitio ſuſceptũ uinciri: & cõtra hoſpitii iura Romã deportari quãprimũ iperauit: hac ira cõmotus q; audiſſet hunc regẽ: allobroges & ſuos hortatum fuiſſe ut in q̃nti fabii ſucceſſoris eius fidẽ ſe oẽs tuto committerẽt: ne igit tãta in Fabiũ gloria tranſiret pfidia uſus ẽ. Senatus uero & ſi factũ Domitii minime ꝓbaret: ueritus tamẽ ne ſi in patriam remitteretur Bituitus iniuriæ memor bellũ renouaret: Albam cuſtodiendum relegauit. ꝙ Auernorum populi ſunt galliæ trãſalpinæ.

OLI. VIriati ẽt cædes. Perfidia quãtopere Po. R. diſplicuerit ex hoc exẽplo cognoſci põt: ut nõ ſolũ oderit illã in amicos: ueꝝ ẽt in hoſtes: ut hoc loco in Viriatũ. fuit aũt Viriatus teſte Pli. de uiris illuſtribus genere luſitanus ob paupertatẽ primo mercenarius, deide alacritate uenator: audacia latro: ad poſtremũ dux bellum aduerſus Romãos ſumpſit eorũq; imperatorẽ claudiũ unimanũ, deinde. C. Nigidiũ oppreſſit: pacẽ a populo maluit iteger petere q̃ uictus, & cũ aliã dediſſet & arma retinerent bellũ renouauit. Cæpio cũ uincere aliter nõ poſſet duos ſatellites pecunia corrupit q Viriatũ uino depoſitũ peremerunt: q̃ uictoria qa empta erat: a ſenatu nõ ꝓbata. Abbreuiato. T. Liuii. Qu. Fabius iqt ꝓcon. rebus in hiſpania ꝓſpere geſtis labẽ ipoſuit pace cũ Viriato æqs conditionibus facta. Viriatus a ꝓditoribus cõſilio Seruilii Cæpionis interẽptus eſt: & ab exercitu eius multũ deploratus ac nobiliſſime tumulatus: uir duxq; maximus ꝑ quartũdecimũ annũ qbus Romanis bellũ geſſit frequẽtius ſupior. Horoſi9 li. v.

Viriatus cõtra ro. bella geſſit

Viriatus cũ ꝑ. xiiii. annos Romanos duces atq; exercitus protriuiſſet inſidiis ſuoꝝ interfectus eſt: in hoc ſolo Romanis circa eũ fortiter agẽtibus ꝙ pcuſſores eius indignos p̃mio iudicarunt: ſunt q dicant: qđ & Valerius ſentire uidet conueniſſe cũ Cæpione ſatellites: fore ut ab omni ſcelere belli ſoluerentur ſi Viriatus de medio tolleretur: q̃re & Cæpio necis auctor q non uirtute ſed perfidia uictoriã q̃ fierat: & Viriati Satellites: q corrupti dominũ ſuũ occiderãt grauiter ſunt accuſati. ꝙ Duplicẽ accuſationẽ. Scilicet cæpionis & ſatellitõ quoniã utriq; uſi ſunt pfidia.

OLI. Carthaginenſiũ pfidia

VErũ ut ipſum fontẽ. Satis cõſtat Carthaginẽſes prio pũico bello ductu & auſpiciis. M. Attili reguli ſæpius ſupatos ad eã neceſſitatẽ demũ fuiſſe redactos: ut a lacedæmoniis auxilia peterent qa aliter uires Romanas ulterius ferre nõ poſſent: lacedæmones igit Xantippũ belli peritiſſimũ ducẽ cũ tricẽtis eq̃tibus in eoꝝ auxiliũ miſerũt: q Haſdrubali Carthaginẽſiũ duci coniunctus Romanũ ducẽ cũ uirtute nõ poſſet: arte & inſidiis ꝑuertere cogitauit: itaq; cũ ad p̃liũ utriq; acies inſtructæ cõſtitiſſent: iãq; pugna eẽt accẽſa: pœni ſimulato metu in fugã cõſternunt, locauerat Xantippus milites inſidiis: Romãus igit effuſe fugientẽ

rũ puellã p̃miũ flagitãtẽ armis obrutã necauit. perinde q̃ſi ꝓmiſſum: quoq; læuis geſtauerãt: ſoluit. Abſit repræhẽſio qa impia ꝓditio celeri pœna uindicata ẽ.

De Sergio Galba.

SErgius quoq; Galba ſummæ pfidiæ. triũ. n. luſitaniæ ciuitatũ conuocato populo tanq̃ de commodis eius acturus: octo milia in q̃bus flos iuuentutis conſiſtebat: electa & armis exuta: partim trucidauit: & parti uẽdidit: quo facinore maximã cladẽ barbarorũ magnitudie criminis anteceſſit.

De Gneo Domitio.

GNeũ aũt Domitiũ ſummi generis & magnai uiꝝ nimiæ gloriæ cupiditas pfidũ exiſtere coegit: Iratus nãq; Bituito regi Auernoꝝ: q; tũ ſuã: tũ etiã Allobrogũ gentẽ: ſe etiã tũ in ꝓuinciã morãte ad. Q. Fabii ſucceſſoris ſui dexterã cõfugere hortatus eſſet: ꝑ colloquii ſimulationẽ accerſitũ hoſpicioq; exceptũ uinxit: ac Romã naue deportãdũ curauit: Cuius factũ ſenatus neq; ꝓbare potuit: neq; reſcindere uoluit: ne remiſſus in patriã Bituitus bellum renouaret. Igitur eum albã cuſtodiæ cauſa relegauit.

De Quinto Seruilio Cæpione.

VIriati etiam cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit in amicis q; eorum manibus interẽptus eſt: in Quinto Seruilio Cæpione conſule quia is ſceleris huius auctor impunitate promiſſa fuit uictoriamq; non meruit ſed emit.

De Carthaginenſibus.

VErũ ut ipſum fontẽ pfidiæ cõtẽplemur carthaginenſes Xantippũ lacedæmoniũ cuius optima opera primo pũico bello uſi fuerãt: & quo iuuante Attiliũ regulum cœperãt: ſimulantes

hostē nō prius insequi destitit q̄ ex improuiso p̄cipitat in insidias: ubi cæsi multi & Attilius captus ē Carthaginēq; ductus: post tātā igit victoriā arte Xantippi cōparatā carthaginēses: hæc illi p̄mia rettulerūt: q; summa p̄fidia usi redeuntē in patriā simulati honoris gr̄a cū multis militibus comitati i alto mari submerserūt: digna p̄fecto relata gr̄a. ℣ Ipsum fontē. Bene appellauit carthaginēses p̄fidiæ fontē: q ēt benemeritis p̄fidiæ p̄mia decernāt. ℣ Xāttippū. Fuit hic Xantippus teste Macrobio Saturnaliū lib. i. periclis filius. ℣ Reuehere. Simulabāt illū honoris gr̄a Lacedæmōa usq; uelle comitari. Quid tāto facinore petētes. Quid sibi petierūt ex hac p̄fidia carthaginēses: ut nō esset q eoꝝ laudibus & gloriæ q̄ ex romanoꝝ uictoria pepererāt posset obstare: qđ tamē nō sunt cōsecuti: qs. n. est: q nō intelligat Xantippi arte & ingenio superatos fuisse Romāos Carthaginensesq; detestabili scelere mandandos.

sese domū reuehere i alto merserūt. Quid tāto facinore petētes: an ne uictoriæ eoꝝ socius supasset: extat Nihilominus & qdē cū opprobrio: quē sine ulla gloriæ iactura inuiolatū reliquissent.

De Hannibale.

HAnnibal porro nucerinos hortatu suo cū binis uestimētis urbē inexpugnabilibus muris cinctā egressos: uapore & fumo balneaꝝ strāgulādo: & Acheranoꝝ senatū eadē rōne extra mœnia euocatū: in p̄fundo puteoꝝ abiiciēdo: nōne bellū aduersus. Po. R. & Italiā p̄fessus aduersus ipsam fidē acrius gessit? mendaciis & fallacia q̄si p̄claris artibus gaudēs? Quo euēit ut alioq̄n īsignē nois sui mēoriā relictur⁹ i dubio maior ne an peior uir hēri deberet: poneret.

OLI. Hānibalis p̄fidia

De Vi & Seditiōe. Cap. VII.

De Populo Romano.

SEd ut uiolētiæ & seditiōis tā togatæ q̄ ēt armatæ facta referant. L. æquitium q se Gracchi filiū simulabat: tribunatūq; aduersus leges cū. L. Saturnino petebat: a Mario quintū consulatū gerēte in publicā custodiam ductum: populus claustris carceris conuulsis raptum humeris suis p̄ summā animorū alacritatem portauit.

IDēq;. Q. Metellū cēsorē q; ab eo tanq̄ Gracchi filio cēsum recipe nolebat lapidibus p̄sternere conatus ē affirmātē tātūmō tres filios. T. Graccho fuisse e q̄bus unū i Sardinia stipēdia merētē: Alteꝝ ifantē p̄nestæ: tertiū post p̄ris mortē natū Rōæ decessisse: nec oportere clarissime familiæ ignotas sordes iseri cū iteri iprouida cōcitatæ multitudis temeritas p̄ iprudētia & audacia aduersꝰ cōsulatū & cēsurā tetēdit pricipesq; suos oi petulātiæ gñe uexauit.

OLI. Aequitius se Gracchi. F. simulabat

SEd ut uiolētiæ. De seditiōibus tā in urbe q̄ i castris: diuerso tpe excitatis se dicturū p̄fitet. primū āt exēplū est seditiōis p̄ Eqtiū cōcitatæ: q̄ historia notat in ca. de cōstātia. qđ uero ad hūc locū p̄tinet cū. L. æquitius a Mario quintū cōsulatū gerēte q mutata sentētia senatus partes tueri cœperat. i carcerē cōiectus eēt. eo q; cōtra leges tribunatū peteret: tātā seditionē i urbe cōcitauit: q; populus carcerē cōfregerit: illū eduxerit. atq; ēt humeris susceptū p̄ urbē tāq̄ de senatu triūphans cū summa alacritate portauerit. ℣ Togatæ. Vrbāæ. q̄. s. i urbe cōcitata fuerit. ℣ Armatæ. q̄. s. i castris fuerit. ℣ Filiū simulabat. ipulsu & subornatiōe Saturnini q falso illū gracchi filiū asserebat. ℣ Aduersus leges. qa lex erat ne qs inqlin⁹: q nō eēt i cēsu & aliq̄ tribu: posset tri. pl. creari. ℣ Publicā custodiā in carcerē. Est q̄si diffinitio carceris publica custodia.

OLI. Tibe. Gracchi filii tres

IDēq;: Pari rōne uulgus ignobile cēsorē suū. Qu. Metellū numidicū lapidibus iecissit. q; hūc. Lu. Eqtiū de quo dixius. Tiberii Gracchi se filiū falso p̄fitētē i cēsum recipere noluisset. Pli. de uiris illu. Qu. Cæcilius Metellus numidicus q de Iugurtha rege triūphauit cēsorē. L. Eqtū q se Tyberii gracchi filiū mētiebat i cēsum nō recepit. Sciebat. n. Metellus Gracchū tres tātūmō filios suscepisse: & eos oēs diuerso loco & tpe periisse unū. s. in sardinia militātē: Alteꝝ p̄nestæ ifantē: tertiū Romæ post p̄ris mortē nō poterat igit pati sordidū hominē i generosa familia p̄ simulationē iseri. ℣ Cēsum recipe. Detulerat eqtius Tyberii Gracchi cēsum tāq̄ illius filius & hæres: quē Metellus qa falsū eē sciebat admittere recusauit. nec turpē hoiem i nobilissimæ familiæ cēsu eē uoluit: qppe q antea: nec i tribu. nec i cēsu fuisset ullo. ℣ Stipendia merētē: Militātē. Vt ære merēt paruo. ℣ Decessisse: Mortuū eē: & sufficiēti parua enumeratiōe p̄babat eū gracchi filiū eē nullo mō posse. ℣ Ignotas sordes. Eqtē ignobilē & sordidū hoiem. ℣ Cū interi iprouida temeritas. Ita recte cēsebat Metellus cū interi tumultus populi se cōtinere nō potuit: qn sua petulātia & temeritate: prio cōsulē Mariū deinde Cēsorē p̄turbarēt.

OLI. VEsana hæc. Numitum a Saturnino tribunatus competitore per summum populi furorem crudeliter cæsum fuisse: & L. Florus lib. iii. Et Cicero in Catilinam inuectiua quarta: & alii auctores testant. Fuit autem tam uesana seditio: ut illius etiam ad quas confugerat ædes expugnauerint: & extracto crudeli cæde necauerint. ℣ Nouem iam creatis. Hic plane cognosci potest: decē creari solitos fuisse tribunos.

OLI. CReditorꝫ quoq; Ciuitas pp iperata tributa æs grāde cōtraxerat: cui soluēdo cū nō satis eēt & creditores istarēt Sempronius ptor miseratiōe cōmotus debitorꝫ cām susceperat: eāq; fauēdo tuebat: Feneratores quoꝫ uis magna erat indignati. & a. L. Cassio tribūo plæbis icitati ptorē ante ædē cōcordiæ sacrificātē adorti: ab altaribus ꝓfugere coegerūt: & itra tabernacula latitātē occiderūt. ℣ Cōsternatio: Subita mētis cōfusio & ꝓturbatio. ℣ Tabernacula. Nō militū tētoria: q ibi nulla erant sine dubio: sed opificū tabernas significata: a tabulis qbus officinæ texunt. ℣ Detestandi fori seditio. Execrabilis inqt seditio urbana castrēsis uero si diligenter inspicimus non minus intolerabilis.

Tabernacula

